SELECTÆ DEVOTIONES

Variis Officiis, Litaniis, ac precibꝰ

INSTRUCTÆ.

Ad M. D. G. B. M. V. Honorem, SS. Patronorũ Cultum.

RECUSÆ.

LUBLINI
Typis Societatis JESU.
Annô Domini 1733.

DEVOTIO
MATUTINA.

Prima evigilantis cogitatio: JESU & MARIÆ ſit invocatio, dicendo:

VIvat JESUS amor meus, & MARIA Mater ejus.

Deinde dic: In Nomine DEI Patris, qui me creavit; & Filii, qui me redemit; & Spiritûs S. qui me ſanctificavit; ipſi honor & gloria in ſæcula; Amen.

Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum! quan-

do veniam, & apparebo ante faciem DEI mei!

Dum surgis. Benedicta sit SSS. Trinitas, atq; indivisa unitas, nunc, & in æternum, Amen.

O JESU & MARIA, mei dulcissimi amores, dono vobis cor & animam meam; totus sim hodie vester, nullus meus. Ecce adsum, ecce venio, paratum cor meum DEUS, paratum cor meum. O Domine, quia ego servus tuus, & filius Ancillæ tuæ MARIÆ, Matris, & Dominæ meæ.

ORATIO.

DOmine Deus, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti, tua nos hodie

ſalva virtute, ut hac die ad nullum declinemus peccatum, ſed ſemper ad tuam juſtitiam faciē-dam, noſtra procedant eloquia, dirigātur cogitationes & opera. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Examen Matutinum.

1. *Sis gratus.* Digniſſime Deus, te ego miſera & indigniſſima creatura, Deum meum, ſummū bonum credo, amo, æſtimo, adoro, glorifico, meque in conſpectu Tuæ digniſſimæ majeſtatis proiicio. Gratias ago tibi pro beneficiis, hac potiſſimùm nocte mihi collatis: & tibi o Pretioſiſſima Virgo MARIA, Sancte Angele Cuſtos, Sancti Patroni mei, NN.

2. *Cor offer.* Reddo me iterum Diviniſſimæ tuæ bonitati SSS. Trinitas; tibi me totum, & omnes animæ vires & corporis ſenſus, & omnia offero. Suſcipe mi Deus, hos primos cordis mei amores, eosq; incendio charitatis Filii tui meritisq; conjunge.

3. *Opus diſpone futurum.* Mi amantiſſime JESU, te aſpirante firmiter ſtatuo ardenti corde viam mandatorum tuorũ currere; utinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.

4. *Vita peccatum.* Doleo de omnibus totius vitæ meæ peccatis, ex amore tui Deus meus, & de his, quibus te fortè hac

nocte offendi, & doleo ob infinitam bonitatem tuam, quia illam amo super omnia. Ideoq; firmissimè statuo, ac propono omnia deinceps peccata eorũq; occasiones, hac die, ac tota vita mea, cavere. Malo mori, quàm fædari! quia tibi placere desidero, tuæq; sanctissimæ, in omnibus servire voluntati. Utinam te DEUS meus nunquam offendam.

5. *Subsidiumq; pete.* Tu me robora DEUS meus, ut non concidam in via mandatorum tuorum: quid enim sum sine te, nisi mihi ipsi perditio, infirmitas, & regio egestatis. Adeste mihi o beatarum agmina mentium.

Succurre præ reliquis piissima Virgo DEI, & mea optima Mater MARIA, cum S. Sponso tuo JOSEPHO; tuq; Angele mi Custos, & Sancti vitæ meæ Patroni NN.

Intentio pro tota die.

DOmine DEUS meus, unica salus mea; ex amore tui, quo te amo super omnia; offero tibi omnes actiones meas hujus diei, purè ad laudem & gloriam Nominis tui, & in gratiarum actionem pro universis beneficiis tuis toti mundo, ac mihi præcipuè à te collatis; maximè autem pro beneficio creationis, redemptionis, conservationis in vita, nativitatis in Catholica fide, Sanctificationis, ac alio-

aliorũ dõorũ tã naturaliũ, quàm
ſupernaturaliũ. Tum ut ſatisfa-
ciã pro peccatis & negligentiis
meis, ſuppleãq; retractẽ omnia
mala, quæ Divinæ Majeſtati tuæ
in me, ac in aliis diſplicẽt. Ut tibi
pro omnibꝰ & cum omnibus a-
morem, laudem, adorationem,
obedientiam, timorem, fiduciã,
reverantiamq; debitam exhibe-
am, ac non exhibitam compen-
ſem. Ut gratiam & gloriam ma-
jorem apud te in Cælo prome-
rear; illam verò puro amori tuo
conſecro; non propter meum
commodum. quia mihi bonum
Cælum eſt; ſed quia tu ita vis,
& quia ſummum bonum es, &
quia dignus es. Ut juvem ani-

mas tam in peccato, quàm in purgatorio exiſtentes. Ut exaltem imiterq; JESUM Chriſtum, ejuſq; Pretioſiſſimam Parentem, Sanctosq; omnes, præſertim N. N. Ut impetrem mihi, & omnibus meis omnia, quæ tu Domine vis, & ſcis nobis creaturis tuis congrua, præſertim virtutem & gratiám N.

Suſcipe igitur DEus meus omnes cogitationes, verba, literasq; dicendas, legendas, audiendas, omnia opera mea, oculorum motus & cordis mei, pulſus arteriæ, reſpiria mea, & omnia, quæ te permittente paſſurus ſum hodie, ut hæc ſingula (prout volo nunc & deſidero)

significent amorem tui, adorationem, laudem, odium peccati, & canticum illud Cæleſtium Seraphinorum: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth:* Suſcipe inquam mi Deus, & perfice hanc voluntatem, & intentionem meam in unione meritorum vitæ & Paſſionis Filii tui Domini noſtri Jesu Chriſti, ejusque intentionis & amoris, quô ille omne opus humanæ redēptionis perfecit. Tibi ſoli honor & gloria in ſæcula. Amen.

Orationes ad B. V. M. manè vel per diem uſurpandæ.

1. O Puriſſima Virgo, quæ multis clientibus tuis impetrâſti, ut citò ex hac vita raperentur

tur, ne malitia mutaret intelle-ctum eorum, si me prævides, contra tam amabilem Filium tu-um, pro me Crucifixum deli-beratè peccaturum, impetra e-tiam mihi, ut rapiar & ego, qua-cunq; morte; melius est enim mihi quacunque aliâ, & millies multiplicatâ, quam vel unica morte peccati mori, aut labe inquinari.

2. O Domina! cui me Cruci adstanti, moriens Filius tuus Jesus in filium, atq; adeo in sui vicem tradidit; per illas ego te angustias, quas cum Fi-lio moriente, plus, quàm mori-ens passa es; rogo, me morientē, & multiplicibus in angustiis po-

situm

ſitum ne deſere, ſed ſecuram, & felicem illã horam mihi præſta, ut poſt eam tibi, Filioq; tuo immortali, immortalis aſſiſtam, cum utriusq; laudatione, amoreque immortali.

3. O Domina mea Dulciſſima, viſceribus miſericordiæ plena, per ſeptem dolores tuos, ſuccurre mihi miſero peccatori, antequam mors ſubitanea & improviſa ſuperveniat, ne ſubitô, & imparatus de hoc mundo tranſeam; ora pro me MARIA Virgo Benedicta, ob unigeniti Filii tui Dñi noſtri JESU Chriſti mortem amariſſimam, ut peccati deteſtatione, & operum diaboli abrenuntiatione, vera cõtritiõe,

pura

pura & humili Confeſſione, pœnitentiâ, & ſatisfactione, ſalutiferâ Euchariſtiæ ſumptione, & proximi dilectione, Filio tuo concilatus, de hoc mundo tranſeam. Impetra mihi miſericordiam o Mater! in illa hora tremenda, quando ſpiritus vitales deficient, & mortua lingva movere ſe non poterit ad invocãdum te, neq; oculi mei lucem capere poterunt, auresq; meæ nulli voci pateſcent, memor eſto tunc o MARIA precum, quas nunc fundo ad aures tuæ pietatis, & ſubveni mihi in illa hora neceſſitatis meæ, ut liber à tentationibus diaboli, collocer cum Chriſti Filii tui fidelibꝰ ſervis & amicis.

4. Mater misericordiæ, in Nomine JESU Filii tui, per bonitatem Cordis tui, te oro suppliciter, Monstra te esse Matrē, in omnibus necessitatibus meis Spiritualibus, & Corporalibus; Mater DEI memento mei, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium veniam peccatorum, gratiam efficacem ad vincendas tentationes, horrorem peccati mortalis, imitationem tuarum virtutum præsertim castitatis, finalem perseverantiam in gratia, & mortem felicem in illo statu, in quo Deus me vult salvare. O MARIA sis mihi propitia in vita, morte, & æternitate.

5. Anima lucidiſſima Virginis MARIÆ illumina me. Corpus Virginis MARIÆ immaculatiſſimum, cuſtodi me. Lac Virginis MARIÆ nitidiſſimum, paſce me. Fletus Virginis MARIÆ in Paſſione Chriſti effuſus, confirma me. O Dulciſſima Parens fons Divinæ pietatis & gratiæ, intercede pro me, ut à Filio tuo præviſam, vel hac nocte mēſuram meritorum meorum implere poſſim, caſtoq; ac humili corde & corpore tibi, Filioque tuo, in omnibꝰ actionibus meis ſervire & placere valeam. Amē.

Affectus ad B. V. M.

1. O Amabiliſſima Parens Virgo MARIA, tu es, erisque æter-

æternum Mater mea amabilissima. Sim ego quoq; servus tuus & filius tuus peculiarissimus. Monstra te esse Matrem nunc, semper, & in æternum.

2. Ne me deseras o Mater! filius tuus sum, quàmvis indign9. Tu scis, quia juravi.

3. Protestor: me velle vivere, & mori, verum Filium tum o MARIA!

4. Nunquam acquiescam, donec obtinuero amorem tenerum erga Te dulcissimam Matrem meam.

5. Si mille corda haberem, mille cordibus te amarem. o Mater!

6. Virgo S. sine macula, ita te amo, ut mori pro assertione ista paratus sim.

7.

7. O! ut millies moriar, ac millies ad orcũ potius ableger, quàm ut ſim hoſtis MARIÆ?

8. Quouſq; ô Domina ſervo pulſanti non aperies? disrumpe vincula mea, ô Mater! & recipe me in ſinum tuum.

9. Cor meum, deliciæ meæ ô MARIA non permitte me avelli à te!

Oratio ad impetrandum profectum in Studiis.

CReator ineffabilis, qui de theſauris Sapientiæ tuæ, tres Angelorum Hierarchias annotaſti, & eas ſuper Cælum Empyreum mirô ordine collocâſti, atque elegantiſſimè per partes univerſi diſtribuiſti. Tu inquam,

qui verus fons luminis & ſapientiæ, atque ſupereminens princípium diceris, infundere digneris ſuper intellectûs mei tenebras, tuæ radium claritatis, duplices, in quibus natus ſum à me removens tenebras, peccatum ſcilicet & ignorantiam. Qui linguas infantium facis eſſe diſertas, linguam meam erudias, atq; in labiis meis gratiam tuæ benedictionis infundas. Da mihi ad tuam gloriam, intelligendi acumen, retinendi capacitatem, interpretandi ſubtilitatem, addiſcendi facilitatem, loquendi gratiam copioſam, ingreſſum inſtruas, progreſſum compleas. Per Dominum noſtrum, Amen.

Ad æternam Sapientiam.

ÆTerna Sapientia Chriſte JESU, Digniſſime & dulciſſime DEUS meus, ego viliſſima creatura tua diſcere volo, ut tuo puro beneplacito Sanctiſſimæq; & adorandæ tuæ voluntati me accomodem, ut ex rerum cognitione te magis cognoſcens, magis quoque te diligam, fideliùs tibi ſerviam. Præſta ergo DEUS meus, ut ſtudia mea tibi ſint grata, mihi & aliis ſalutifera, prætioſiſſimæ tuæ Parentis Omniumq; Sanctorum, Doctorũ interceſſione. A

Alia Oratio.

O Sapientia, quæ ex ore Altiſſimi prodiiſti, attingens

à fine, usq; ad finem fortiter & disponens omnia ſvaviter, veni ad docendum nos viam prudentiæ.

Oratio ante Studia ad B.V.

O Sedes Sapientiæ Beatiſſima Virgo MARIA, o Tabernaculum Spiritûs Sancti, ô Liber ſeptem ſignaculis gratiæ Spiritûs Sancti obſignate, ſcripte, intus & foris divini amoris penicillo, in quo ſunt omnes theſauri Sapientiæ & ſcientiæ DEI reconditi. O dulciſſima Sponſa Spiritûs Sancti, fac quæſo per Immaculatam Conceptionem tuam, ut lingvam meam erudias atq; in labiis meis gratiam tuæ benedictionis infundas:

das. Impetra mihi intelligendi acumen, addiſcendi facilitatem, retinendi capacitatem, interpretandi ſubtilitatem, loquendi gratiam copioſam, Amen.

Oratio post Studia.

ÆTerna Sapientia JESU Christe, fons ſcientiarum omnium, in cujus claritate omnis veritas pateſcit, & ſine quo omnes ſcientiæ noſtræ ignorantiæ ſunt, magnæq; tenebræ, ad te ego omnem hanc, quam quæſivi cognitionem, atque ſcientiam tanquam rivus ad fontem refero, atque illam à te ſuſcepiſſe recognoſco. Præſta piiſſime cordiũ illuminator, & ſcientiarum DEus, ut tam hæc, quàm omnis

ſcien-

ſcientia cognitioq; mea, magis menti ſemper illuceſcat, & firmiùs memoriæ inhæreat, amplius me tibi & coram te humilem reddat. Per interceſſionem Prætioſiſſimæ tuæ Parentis, Omniumque Sanctorum Doctorum, Amen.

Modus audiendi Sacrum, Chriſti Paſſionem repræſentans.

Ad Introibo ad altare &c.

DOmine JEsu in horto Getſemani in terram proſtrate, pro peccatis meis afflicte, orans, & Sangvinem ſudans, adoro & amo te, ideoq; affectu tuo deteſtor omnia peccata, & rogo te, da mihi gratiam orationis. &c.

Dum

Dum Sacerdos incipit Missam.

Domine JESU vinculis ligate, in Domo Annæ accusate, alapâ cæse, adoro & amo te, oro te, liga hanc animam meam, ut nunquam divellar à te. &c.

Ad Gloria in Excelsis & collectas.

Domine JESU in Domo Caiphæ conspute, ab omnibus despecte, oculîs velate, adoro te, amo, æstimo super omnia, oro te, claude hic oculos meos, ne videant vanitatem: ut te videam in Cælo. &c.

Ad Evangelium.

Domine JESU coram Pilato accusate, latroni postposite, amo te, tibiq; compatior, gratias ago; & per has injurias oro te,

da mihi gratiam patientiæ, & veræ humilitatis. &c.

Ad Symbolum.

Domine JESU, in aula Herodis veste alba indute, ab omnibus sprete & illuse, adoro Te, compatior Tibi, & gratias ago: oro te, ut vestem gratiæ tuæ nunquam amittam. &c.

Ad Offertorium.

Domine JESU ad columnam pro me vestibûs nudate, flagellis cruentate, spinis coronate; adoro te, quia tu es Rex & Dominus meus: da mihi gratiam amoremq; mortificationis, & odium voluptatum mundi, ut sub spinoso tuo Capite membrum esse delicatum erubescam. &c.

Ad *Orate Fratres.*

Domine JESU ad mortem pro me damnate, lignô Cruci onuste,& sub eo fatiscens; adoro amo, & oro te, ut quàm proxim te seqvar, crucemq; meam pos te semper feram &c.

Ad Elevationem.

Domine JESU in ara Cruci pro me extense, in eaq, elevate tanquam SSma Hostia Patri Æterno immolate; amo te & oro ut intra vulnera tua abscondas me: transfige clavîs tuis animam meam, ut sim tibi concrucifixus &c.

Ad fractionem Sanctæ Hostiæ.

Domiue JESU in Cruce pro me agonizans, & per separatio-

nem

nem animæ tuæ à corpore, exmoriens: adoro & amo te in æternum, tibi momentum agoniæ & mortis meæ offero; ſit mors tua vita animæ meæ. &c.

Ad Communionem.

Domine JEsu, poſitus in brachiis SSmæ Matris tuæ, deinde in ſepulchro depoſite: repono te in ſepulchro cordis mei & oro te, ut è Cruce mea, quam mihi largiri volueris, in morte depoſitus, per manus SSmæ Matris tuæ ante te merear præſentari. Amen.

Hic adjungi poteſt, quæ ſequitur Praxis Communionis Spiritualis.

Hæc quatuor actus complectitur. 1. *Actus Contritionis.*

O De-

O Deus meus, doleo ex anim[o] propter infinitam bonitatem tuam, quòd te aliquando offenderim.

2. *Desiderium SSmæ Eucharistiæ per Orationem.* Deus, qui nobis sub Sacramento mirabil[i] Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis & Sangvinis tui Sacra Mysteria venerari, ut Redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis & regnas &c.

3. *Agnitio tuæ indignitatis, dicendo ter:* Domine non sum dignus. &c.

4. *Petitio gratiæ Sacramentalis, dicendo:* Corpus Domini nostri

IESU

IESU Christi, custodiat animam meam in vitam æternam Amen. *In fine.* Anima Christi, sanctifica me, &c. *ut habes infra.*

ORATIO
Ante Confessionem.

QUo ibo ego miserabilis? nisi ad Christum, bonum meum, quòd inhonoravi, & non amavi. Respiro & vivo ex consideratione, quòd tu sis ipse amor, ipsa bonitas, & non cupias me perdere. Hoc tamen ipsum excruciat cor meum, quòd injuriã intulerim peccatîs meîs, bonitati tam misericordi, quæ merebatur, ut tibi Deus meus in omnibus deservirem. Pater peccavi in Cælum, & coram te! jam non

sum dignus vocari filius tuus! admitte me pœnitentem, qui peccatores recipis.

Hic examina consc.entiam tuam, cogitationes, verba, & opera juxta ea, quæ proponuntur inferiùs in examine vespertino.

In fine Confessionis dic: De his, atque de omnibus totius vitæ meæ peccatis, quæ vel memoriam meam effugerunt, vel ea inter peccata non reputo; accuso me, doleo super omnia ex amore summi boni, propono cum DEI gratia emendationem, peto pœnitentiam, & absolutionem.

ORATIO.

Ante Communionem.

O Dulcissime, atque amantissime Domine, quem nunc devotè desidero suscipere, tu scis infirmitatem meam, & necessitatem, quam patior, in quantis malis & vitiis jaceo, quàm sæpè sum gravatus, tentatus, turbatus, & inquinatus: pro remedio ad te venio, pro consolatione te deprecor. Ad omnia scientem loquor, tibi manifesta sunt omnia interiora mea, & qui solus potes me perfectè consolari & adjuvare. Tu scis, quibûs bonîs indigeo præ omnibus, & quàm pauper sum in virtutibus. Ecce sto ante te pauper & nudus gra-

tiam postulans, & misericordiam implorans. Refice esurientem mendiculum, accende frigiditatem meam igne amoris tui illumina cæcitatem meam claritate præsentiæ tuæ. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem, omnia gravia, & contraria in patientiam, omnia infima & creata in contemptum & oblivionem. Erige cor meum ad te in Cælum, & ne dimittas me vagari super terram, Tu solus mihi ex hoc jam dulcescas usque in sæculum, quia tu solus cibus & potus meꝰ, amor meus, & gaudium meum, dulcedo mea, & totum bonum meum. Utinam me totaliter ex tua præsentia accendas, comburas,

buras, & in te transmutes. ut unus tecum efficiar Spiritûs per gratiam internæ unionis, & liquefactionem ardentis amoris. Ne patiaris me jejunum & aridum à te recedere, sed operare mecum misericorditer, sicut sæpiùs operatus es, cum Sanctis tuis miserabiliter. Quid mirum si totus in te ignescerem, & in me ipso deficerem, cum tu sis ignis semper ardens, & nunquã deficiens, amor corda purificãs.

Actus Contritionis.

DOmine IESU Christe, animarum nostrarum amator ardentissime, qui præ nimia charitate tua, non vis mortem pecato-

catoris, ſed magis, ut convertatur, & vivat; doleo ex intimo corde meo, quòd te Deum meum atque benigniſſimum Redemptorem offenderim, qui me usque adeò dilexiſti, ut pro me ſervo viliſſimo Sangvinem tuũ pretioſum fundere, & mortem acerbiſſimam ſubire dignatus ſis. O bonitas infinita Deus meus, utinam te nunquam offendiſſem, quia infinité bonus es, & ſuper omnia cordis mei deſiderabilia amabilis. Ignoſce bone JESU miſericordiam petenti. Miſerere peccatoris, pro quo apud Patrem tuum vox Sangvinis tui interpellat. Ignoſco & ego præ amore tui, o-

mnibus, qui me unquam offenderunt: firmiterque ſtatuo univerſa deinceps peccata fugere, & ea, quæ contra immenſam bonitatem tuam commiſi, in amaritudine cordis confiteri, ac te Deus meus propter temetipſum ſuper omnia amare.

O JESU, ſummum & omne bonum meum! cur unquam te offendi. Ah verè pœnitet me ex intimis medullis, ideoque vel maxime, quia tibi ſoli peccavi. Et quid jam ágam? te æſtimo, te unum amo ſuper omnia, propter te ipſum, qui hoc amore meo, omnique alio ſine fine dignus es.

Actus Fidei, Spei, & Charitatis ante Communionem.

CRedo mi JESU te esse in hoc Sacramento verum DEUM & hominem; in hac, & pro hac Fide mori sum paratus. Et cum hac Fide te suscipio. Spero mi JESU me aliquando, visurum te in gloria tua. Amen, amen Domine mi! in hac spe suscipio te, amo te mi JESU super omnia, quia summa bonitas es. In hoc, & ex hoc amore suscipio te. O Domine non sum quidem dignus, sed quia hæc est bonitas & dignatio tua. Veni, desidero te millies, desidero infinities, imple desiderium meum. Nunc tempus est ornare me

ne meritis, gratiis, virtutibus tuis, & omnium electorum tuorum, quia pauper sum, vilis, & abjectus nimis.

Post Communionem.

MI JESU portio tua Corpus tuum, portio tua corpus meum. Mi IESU, portio mea voluntas tua, portio tua, voluntas mea. O Domine! utinam totus transformer in te. O si Sangvinem possem fundere pro Te!

O Corpus JESU à me sumptum, immuta animam meam & corpus meum, transforma me, Christifica me, Deifica me.

ACTUS
ADORATIONIS
SSmi SACRAMENTI,
Laudetur Sanctissimum
SACRAMENTUM.

ADoro te Domine JESU Christe in hoc tuo Sanctissimo SACRAMENTO, quod propter me inhabitare digneris. Assumo omnes omnium creaturarum adorationes & affectus, iisq; te omnibus adoro, veneror, & colo, hancque adorationem in æternum continuo, offero tibi sincerissimo, quo possum amoris, & reverentiæ affectu, omnes actiones meas internas & externas, deliberatas, & inde-

indeliberatas, tuumq; adjutorium mihi adesse postulo. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam.

Oratio S. IGNATII.

SUscipe Domine universam libertatem meam, accipe memoriam, intellectum, atque voluntatem omnem. Quidquid habeo, vel possideo, mihi largitus es: id tibi totum offero, ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum. Amorem quæso tui solum, cum gratia tua mihi dones, & dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco.

Oratio alia ejusdem.

ANima Christi sanctifica me. Corpus Christi salva me.

Sangvis Christi, inebria me.
Aqua Lateris Christi, lava me.
Passio Christi, conforta me.
O bone JESU, exaudi me.
Intra vulnera tua absconde me.
Et ne permittas me separari à te
Ab hoste maligno defende me,
In hora mortis meæ voca me,
Et jube me venire ad te,
Ut cum Sanctis tuis laudem te,
Et in æternum fruar te,
Amen.

Oratio ad B. V. M.

O MARIA Virgo, & Mater Sanctissima! ecce suscepi dilectissimum Filium tuũ, quem immaculatô uterô tuô concepisti, quem genuisti, lactasti, atq;

sva-

suavissimis amplexibus strinxisti: ecce cujus aspectu lætabaris, omnibus replebaris, illum ipsum tibi humiliter & amanter repræsento, & offero tuis brachiis cōstringendum, tuo corde amandum, Sanctissimæq; Trinitati in supremum latriæ cultum, pro ipsius honore & gloria, & pro meis, totiusq; mundi necessitatibus offerendum. Rogo ergo te piissima Mater! impetra mihi veniam omnium peccatorum meorum, uberemq; gratiam illi deinceps fideliùs serviendi, ac denique gratiam finalem, ut cū tecum laudare possim, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

OFFICIUM
PARVUM
De Sanctissimo Nomine JESU.

Ad Matutinum.

DOmine labia mea aperies, Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Deus in adjutorium meum intende,

Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

JESU dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia,
Et super mel & omnia,
Ejus dulcis præsentia.

Ora-

Oratio.

DEUS, qui glorioſo ac mirabili nomine dilectum Filiũ tuum, Jeſnm Chriſtum Redemptorem noſtrum appellare voluiſti, concede propitius, ut qui ejuſdem benedicti Salvatoris Nomẽ celebriter veneramur in terris, ejus felici conſortio perenniter perfruamur in Cælis. Amen.

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

JESU dulcedo cordium,
Fons vivus lumen mentium,

Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.
Oratio ut supra.
Ad Tertiam.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Hymnus.
JESU mi bone sentiam,
Amoris tui copiam:
Da mihi per præsentiam,
Tuam videre gloriam.
Oratio ut supra.
Ad Sextam.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Hymnus.
JESU auctor clementiæ,
Totius spes lætitiæ,

Dulcoris fons & gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.
Oratio ut ſupra.

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio &c.

Hymnus.

JESU decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.
Oratio ut ſupra.

Ad Veſperas

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio &c.

Hymnus.

JESU flos Matris Virginis,
Amor noſtræ dulcedinis,
Tibi laus, honor Numinis'
Regnum beatitudinis.

Oratio ut ſupra.

Ad Completorium.

Converte nos Deus ſalutaris noſter,
Et averte iram tuam à nobis.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

JESUS in pace imperat,
Quæ omnem ſenſum ſuperat.
Hanc mea mens deſiderat,
Et eâ frui properat.

Oratio ut ſupra.

Com-

COMMENDATIO
Ad Dominum JESUM.

DIgnare benignissime JESU, per hoc Sanctissimum Nomen, esse mihi JESUS, ac Salvator, & dare mihi Spiritum illum tuum, quem qui non habent, non sunt tui. Insere quæso cordi meo hoc amabile Nomen tuum, ut ejus dulcedine pascar, ejusque amore ita ardeam, ut moriar in te JESU mi dulcissime, JESU mi dilectissime, invocato semper hoc mellifluo, hoc salutifero Nomine Tuo,
JESU, JESU, JESU.

LITA-

LITANIÆ
De Nomine JESU.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſō,
Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis Deus, Miſerere.
Fili Redemptor mundi DEUS,
Miſerere nobis.
Spiritus S. DEUS, Miſerere n.
JESU Fili Dei vivi, Miſerere.
JESU potentiſſime,
JESU fortiſſime,
JESU perfectiſſime,
JESU glorioſiſſime,
JESU mirifice,
JESU jucundiſſime,
JESU chariſſime,
Miſerere nobis.

JESU clarior ſole,
JESU pulchrio lunâ,
JESU ſplendidior ſtellîs,
JESU admirabilis,
JESU delectabilis,
JESU honorabiliss,
JESU humillime,
JESU pauperrime,
JESU mitiſſime,

Miſerere nobis.

JESU patientiſſime,
JESU obedientiſſime,
JESU caſtiſſime,
JESU amator caſtitatis,
JESU amator pacis,
JESU amator noſter,
JESU ſpeculum vitæ,
JESU exemplar virtutum,
JESU decus morum,
JESU zelator animarum,

Miſerere nobis.

JESU refugium noſtrum,
JESU Pater pauperum,
JESU conſolator afflictorum,
JESU theſaurus fidelium,
JESU gemma pretioſa,
JESU armarium perfectionis,
JESU bone Paſtor ovium,
JESU ſtella maris,
JESU lux vera,
JESU Sapientia æterna,
JESU bonitas infinita,

Miſerere nobis.

JESU gaudium Angelorum
JESU Rex Patriarcharum,
JESU Inſpirator Prophetarũ,
JESU Magiſter Apoſtolorũ,
JESU Doctor Evangeliſtarũ.
JESU fortitudo Martyrum,
JESU lumen Confeſſorum,
JESU ſponſe Virginum,

Miſerere nobis.

JESU

JESU Corona Sanctorum Omnium, Miserere nobis.
Propitius esto, Parce nobis Jesu.
Propitius esto, Exaudi nos Jesu.
Ab omni malo, Libera nos Iesu.
Ab omni peccato,
Ab insidiis diaboli,
A peste, fame, & bello,
A trasgressione mãdatorum tuorum,
Per Incarnationem tuam,
Per Nativitatem tuam,
Per cælestem Nominis Iesu impositionem,
Per dolores tuos,
Per flagella tua,
Per mortem tuam,
Per resurrectionem tuam,
Per Ascensionem tuam;

Libera nos Jesu. Libera nos Jesu.

 Per

Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Per dulcissimam Virginem Matrem tuam, Libera nos JESU.
Per intercessionem Omnium SS. tuorum, Libera nos JESU.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce nobis JESU.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos JESU.
Agnus DEI, qni tollis peccata mundi, Miserere nobis.
Christe audi nos,
Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson, Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater noster, secretò.

Et ne nos inducas in tentationẽ,
Sed libera nos à malo.

Sit

Sit Nomen Domini benedictũ,
Ex hoc nunc, & usque in sæculum.
Non nobis Domine non nobis,
Sed Nomini tuo da gloriam.
Exurge Domine adjuva nos,
Et libera nos propter Nomen tuum.
Domine exaudi orationẽ meã,
Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEUS, qui gloriosissimũ Nomen JESU Christi Filii tui Domini nostri fecisti fidelibus tuis summo svavitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum, atq; terribile: concede propitius, ut omnes, qui hoc Nomen JESU devotè venerantur

rantur in terris, ſanctæ conſolationis dulcedinem in præſenti percipiant,& in futuro gaudium exultationis, & interminabilis beatitudinis obtineant in Cælis. Per eundem Dominum noſtrum JEſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum &c.

Alia Oratio ad D. IEſum.

O Bone JESU, ô piiſſime JESU, ô dulciſſime JESU, ô JESU Fili MARIÆ Virginis; plene miſericordiâ & pietate, ô dulcis JESU ſecundùm magnam miſericordiam tuam miſerere mei. O clementiſſime JESU, te deprecor per tuum Sangvinē prætioſum quem pro peccatoribus effundere voluiſti,

ut

ut abluas omnes iniquitates meas, & in me respicias miserum & indignum humiliter veniam petentem, & hoc Nomen Sanctum JESU invocantem. O Nomen JESU, Nomen dulce: Nomen JESU, Nomen delectabile: Nomen JESU, Nomen confortans. Quid est enim JESUS, nisi Salvator? Ergo JESU propter Nomen Sanctum tuum esto mihi JESUS, & salva me: ne permittas me damnari, quem tu de nihilo creâsti. O bone JESU ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua. O benignissime JESU, miserere mei, dum tempus est miserendi, ne damnes me in tem-

pore judicandi. quæ enim utilitas in Sangvine tuo, dum descendero in æternam corruptionem? Non mortui laudabunt te Domine JESU, neq; omnes, qui descendunt in infernum. O amantissime JESU, ô desideratissime JESU, ô mitissime JESU, ô JESU, JESU, JESU, permitte me intrare in numerum electorum. O JESU salus in te credentium. O JESU solatium ad te confugientium. O JESU dulcis remissio omnium peccatorum. O JESU Fili MARIÆ Virginis, infunde in me gratiã, sapientiam, charitatem, castita- & humilitatem: ut possim te perfectè diligere, te laudare,

te

te perfrui, tibi servire, & in te gloriari, & omnes, qui invocant Nomen Sanctum tuum, quod est JESUS, Amen.

JESU Virgineæ castitatis amator, & auctor, qui Beatum Stanislaum Kostkam, immaculatum in hoc sæculo custodisti; concede propitius, ut qui ejus memoriam propter te, qui inter spiritualia lilia libenter pasceris, recolimus, ejus precibus ac meritis intactam à mundi illecebris animam ac corpus, pro tuo domicilio semper servemus. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio pro Timore Dei obtinendo.

DA nobis quæsumus Domine, Sapien-

Sapientiæ tuæ initum, veræ justitiæ fundamentum, & ſanctum timorem tuum, ut debilitati noſtræ timentes & judiciorum tuorum abyſſum pertimeſcentes, quidquid nos à te, tuâq; gratiâ divellere poteſt, fugiamus, vitamq; noſtram ſumma ſolicitudine, & circumſpectione componamus.

Actus Contritionis.

DOmine JESU Chriſte, vere DEUS & Homo, Creator, & Redemptor meus.

Quoniam tu is es, qui es, & quia amo te ſuper omnia.

Pænitet me ex toto corde, quòd te offenderim.

Et propono firmiter, nunquam

quam ampliùs peccare, & ōnes peccandi occaſiones devitare, confiteri, & implere pæniten- tiam, quæ mihi injuncta fuerit.

Condono ſimul amore tui, ex corde omnes offenſas, qui- bus læſus fortè ſum, à quovis proximorum meorum, & ſi quid quiſpiam habeat contra me, unde jure coram te que- ratur, propono ex animo, pro- ximâ occaſione ipſi ſatisfacturū.

Omnia denique opera mea & afflictiones, ac totam vitam tibi offero in ſatisfactionem me- orum peccatorum.

Quemadmodum ſuppliciter à te peto: ſic confido in boni- tate tua, & miſericordia infini-

ta,

ta, quod ea, meritis tuæ pretiosæ Paſsionis & mortis, mihi remiſſurus, & gratiam largiturus ſis, ad me emendandum, & ad perſeverandum, usq; ad mortem, Amen.

DEUS propitius eſto mihi peccatori.

Pro felici morte.

SAngvine tuo Domine JESU, à peccatis meis lava me, & præſta, ut anima mea, cùm è corpore migraverit, ante Tribunal tuum munda appareat, per acerbiſsimam mortem tuam, quam pro me ſuſtinuiſti in Cruce, miſerere peccatrici animæ meæ, in ſuprema illa mortis

is lucta, à qua tota pendet æternitas. O bone JESU passionem, Crucem, & mortem tuam pone inter judicium tuum, & animam meam, & propitius esto mihi peccatori.

ORATIO
Ad Vulnera CHRISTI.

ROgo te Domine JESU per illa Vulnera tua, quæ passus es in Cruce pro salute nostra, è quibus emanavit ille pretiosus Sangvis, quo sumus redempti: vulnera hanc animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es, vulnera eam igneô & potentissimô telô tuæ nimiæ charitatis. Confige cor meum jaculo tui amoris, ut

dicat tibi anima mea: charitat
tua vulnerata sum; ita, ut ex
pso vulnere amoris tui uberri
mæ fluant lachrymæ die ac no
cte. Percute Domine, percut
obsecro hanc durissimam men
tem meam pia, & valida cuspi
de dilectionis tuæ, & altius ad
intima penetra potenti virtute.
Qui vivis & regnas &c.

Domine JESU!

Si mille corda haberem,
Te mille cordibus amarem!
Si mille mundos tenerem,
Mille tibi mundos darem!
Si mille mortes arcerent,
Ad te per mille mortes irem!
Si mille te desererent,
A te cum mille non abirem!

Quis

Quis ut DEUS? amor meus! Deus meus & omnia; amo te super omnia! toto me! toto universo! toto te! dignè te! propter te! o amare! o ire! o sibi perire! & ad Deum pervenire!

SALUTATIONES

Ad omnia membra Christi, & suiipsius ad eum Commendatio.

SAlve tremendum cunctis potestatibus Caput Domini JESU Christi Salvatoris nostri pro nobis spinis coronatum, & arundine percussum. Salve speciosissima Salvatoris nostri JESU Christi Facies, pro nobis sputis fædata, & alapis cæsa. Sal-

vete benignissimi Domini JESU Christi Salvatoris nostri Oculi, pro nobis lachrymis perfusi. Salve mellifluum Os, gutturque svavissimum Domini nostri JESU Christi, pro nobis felle & aceto potatum. Salvete aures nobilissimæ Domini JESU Christi Salvatoris nostri, pro nobis contumeliis, & opprobriis affectæ. Salve Collum humile JESU Christi, pro nobis colaphizatum; dorsumque sanctissimum, pro nobis flagellatum. Salvete venerabiles Domini nostri JESU Christi manus & brachia, pro nobis in Cruce expansa. Salve pectus mitissimum Domini JESU Christi Salvatoris

nostri in paisione conturbatū. Salve latus gloriosum Domini nostri JESU Christi, pro nobis lanceâ militis pertoratum. Salvete Domini JESU Christi Salvatoris nostri sacra misericordiæ genua, pro nobis in orationibus flexa. Salvete Domini nostri pedes adorandi, pro nobis clavîs affixi. Salve totum Corpus JESU Christi, pro nobis in Cruce suspensum, vulneratum, mortuum, & sepultum. Salve Sangvis pretiosissime, de Corpore Domini nostri JESU Christi Salvatoris, pro nobis effuse. Salve Sanctissima Domini nostri JESU Christi Anima, in Cruce pro nobis in

manus Patris commendata. In eadem commendatione, tibi commendo hodie & quotidie animam meam, vitam meã, cor, & corpus meum, omnes ſenſus & actus meos, omnes amicos, benefactores, & conſangvineos meos: animas Parentum, fratrũ, ſororum, & omnium amicorum ac inimicorum meorum, ut nos protegere, liberare, & defendere digneris ab omnibus inſidiis inimicorum noſtrorum, viſibilium, & inviſibilium nunc, & in perpetuum, Amen.

SALUTATIO

Brevis Beatæ V. MARIÆ.

AVe MARIA, Ancilla Sanctæ Trinitatis humillima.

Ave MARIA, Præelecta Dei Patris Sanctiſsima.

Ave MARIA, Sponſa Spiritûs Sancti amabiliſsima.

Ave MARIA Soror Angelorum pulcherrima.

Ave MARIA, Mater Dñi noſtri Jesu Chriſti digniſsima.

Ave MARIA, promiſsio Prophetarum deſideratiſsima.

Ave MARIA, Regina Patriarcharum glorioſiſsima.

Ave MARIA, Magiſtra Evangeliſtarum veráciſſima.

Ave MARIA, Doctrix Apoſtolorum prudentiſsima.

Ave MARIA, Confortatrix Martyrum validiſsima.

Ave

Ave MARIA, fons, & plenitudo Confessorum svavissima.

Ave MARIA, decus & corona Virginum jucundissima.

Ave MARIA, salus, & Consolatrix vivorum & mortuorũ promptissima. Mecum sis in omnibus tentationibus, tribulationibus, necessitatibus, angustiis, & infirmitatibus meis, & maxime in hora mortis meæ, non desis mihi, & impetra mihi omnium peccatorum meorũ veniam, & Cælestis Patriæ gloriam, Amen.

AVe Sanctissima MARIA, Mater DEI, Regina Cæli, porta Paradisi, Dominá mundi. Tu es singularis Virgo pura,

Tu

Tu concepisti JEſum ſine peccato. Tu peperiſti Creatorem & Salvatorem mundi. Ora pro nobis JEſum dilectum Filium tuum, ut liberet nos ab omnibus malis, Amen.

ORATIO.

O Domina noſtra, mediatrix noſtra, advocata noſtra, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repreſenta. Fac ô benedicta, per gratiam, quam meruiſti; per miſericordiam, quam peperiſti; ut qui te mediante dignatus eſt fieri particeps infirmitatis & miſeriæ noſtræ, te quoqve intercedente, participes nos faciat beatitudinis, & glo-

gloriæ suæ JEsus Christus Filius tuus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum, Amē.

Oratio ad B. V. ut Filiam S. ANNÆ.

AVe gratiâ plena, Dominus tecum, tua gratia sit mecū, Benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit Sancta ANNA Mater tua, ex qua sine macula, & peccato processisti Virgo MARIA, ex te autem natus est JESUS Christus Filius Dei vivi. A.

Commendatio sui ipsius Beatæ V. MARIÆ.

O Domina mea Sancta MARIA,

RIA, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiã, & in sinum misericordiæ tuæ, hodie & quotidie, & in hora exitûs mei, animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem spem & consolationem meam, omnes angustias & miserias meas, vitam, & finem vitæ meæ tibi committo: ut per tuam sanctissimam intercessionem, & per tua merita, omnia mea dirigantur, & disponantur opera secundùm tuam, tuique Filii voluntatem Amẽ.

ORATIO

Ad Beatam Virginem Mariam.

IN manus tuas o Sanctissima Virgo MARIA, ego indignus pecca-

peccator, commendo corpus meum, ſenſus meos, & omnes actus meos, Parentes, Conſanguineos, amicos, & benefactores meos, vivos & defunctos, & omnes mihi recommendatos, & quibus debitor ſum. Miſerere noſtri clementiſsima Virgo MARIA, Mater Domini noſtri JESU Chriſti, incliná nunc pias aures tuas ad preces meas, & liberá nos ab omni tribulatione, anguſtia, & omnibꝫ nos affligentibus, ac calumniantibus. O pia DEI Genitrix Virgo MARIA, ne permittas me ampliùs tentari, quàm mea fragilitas ſuſtinere poteſt. O Domina glorioſiſsima Virgo

MA-

MARIA, ne derelinquas me in
tribulatione mea, ut non cor-
ruam in conſpectu adverſario-
rum meorum, ne de me gaude-
ant inimici, ſed me confortet
tua gratia, ad voluntatem Filii
tui faciendam, & ad propoſitum
meum ipſi fideliter obſervan-
dum. Ad te dulciſsima & ſere-
niſſima Virgo MARIA petitio-
nes meæ, & dolores cordis mei
aſcendant; nè quæſo revertatur
vacua ad me deprecatio mea,
ſed miſericordia tua præveniat,
& ſequatur me usque in ſene-
ctam & ſenium. O Domina præ-
ſtantiſſima, digniſſima, mitiſſi-
ma, caſtiſſima, benigniſſima, fe-
liciſſima, pulcherrima, miſeri-

cordissima Virgo MARIA, ne derelinquas me in hora mortis meæ, sed ab omni malo me tuis eripias, & perducas miseram animam meam in locum refrigerii, pacis, & quietis, ubi benedicat & glorificet, atq; laudet JESUM Christum Filium tuum, unà cum Patre, & Spiritu Sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

OFFICIUM S. IGNATII

Fundatoris Soc: JESU.

PRÆPARATIO.

Medulla mentis intima,
Ad astra tolle sensum.

sve-

Svetum per alma cantica,
De more ſolve penſum:
Ignatiani æſtibus,
Amore, corde, zelo.
Caſtiſſimis affectibus,
Affige vota Cælo.
Sordeſcat orbis infimus,
Mundiq; mille fraudes;
Solus Deus ſit optimus
Bonum, quod uſque laudes.
Adeſto Sancte Spiritus,
Adeſto concinenti,
Opem fer, oro cælitûs,
IGNATII Clienti.

Ad Matutinum.

Deus in adjutorium meum intende,
Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,
Sicut erat in principio, &c.
Hymnus.

AB arte miles bellica,
Mundique ſpe doloſa,
Ab æde Patris aulica,
Vitaque glorioſa.
Ad arma tranſit Numinis
IGNATIUS; repente
Virtute Sancti luminis,
Cor cælitus movente.
Ah! non mihi ſpes ludicra
Sic captet ulla mentem,
Ut ulla me vox cælica
Surdum trahat Clientem,
Sed, ut parato pectore
Celer ſequar vocantem,
Lojola quovis tempore,
Pro me roga tonantem.

Ego autem in Domino gaudebo,
Et exultabo in DEO IESU meo.

OREMUS

DEUS, qui ad majorem Nominis tui gloriam propagãdam, novô per Beatum IGNATIUM ſubſidiô, militantem Eccleſiam roboraſti, concede, ut ejus auxilio & imitatione certantes in terris, coronari cum ipſo mereamur in Cælis. Per Dominum noſtrum &c.

Ad Laudes.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus,

Veſtem peroſus ſplendidam
Lojola fert lacernam:

Vitamq; ducit abditam,
Intra petræ cavernam,
Corpus per abſtinentiam.
Per flagra, per catenas;
Mentemque vexat anxiam
Per mille ſponte pænas,
Orando noctes exigit,
Ducit dies precando,
Virile robur prodigit,
Vivit ſtipem rogando.
Lojola carnis obtine;
Nos eſſe ſemper hoſtes:
JEſumq; pro tutamine,
Ad cordis eſſe poſtes.
Ego autem in Domino gaudebo,
Et exultabo in DEO JESU meo.
Oratio *ut ſupra.*
Ad Primam.
Deus in adjutorium meum &c.
Do-

Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Cælestibus dulcoribus,
IGNATII dolores:
Et melleis amoribûs,
Miscet DEUS labores,
Dum recreatur, raptibus
Demergitur profundis:
Ah! rapta mens quam dulcibûs
Tum colliquescit undis;
Ah! inquit, ut te noscerent
Humana corda Numen!
Quam vana mox sordescerent,
Ad tale cuncta lumen!
Gustum DEUS cælestium,
Solatiumq; verum,
Cum nausea terrestrium,
Da nobis habere rerum.

Ego autem in Domino &c.

Oratio ut supra.

Ad Tertiam.

Deus in adjutorium meum &c.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Ut Spiritûs dulcedinem,
Virtutis ut decorem,
Noxæq; turpitudinem,
Et Numinis timorem,
Ut ſenſa poſthac cælica,
Doctâ doceret arte,
Vir vadit ad ſcholaſtica
Diſcenda ſigna chartæ,
A parvula, ceu poſio,
Ætate vellicatur,
Ad flagra cum ludibrio
Pariſiis vocatur.
Lojola Dive ſupplicem
Audi precor clientē!

Fac artibus me divitem
  Bonis habere mentem !
Ego autem in Domino &c.
Oratio *ut ſupra.*
Ad Sextam.
Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Hymnus.
Zelô ſalutis igneô
  IGNATIUS caleſcit,
Gelu rigente brumeô
  Hæc flamma non tepeſcit
In ſtagna merſus gelida,
  Cæſusq; fuſte duro,
Et membra vinctus pallida,
  Nil, inquit, iſta curo;
Jucunda ſunt ob proximi,
  Ferenda vincla, fructus;
Quod gaudii ſunt maximi,

Non ſunt origo luctûs,
Magiſter ignorantium,
Lojola digne Cælo;
Fac, corda te precantium
Pari flagrare zelo!
Ego autem in Domino &c.
Oratio *ut ſupra.*

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Non motus eſt in corpore,
Non ſenſa mentis ulla,
Non Spiritus ſub pectore,
Micanſq; vena nulla,
Quam Numinis non gloriæ
Lojola conſecraret.
Ad ſumma quo ſe gratiæ
Sic dona compararet.

Jam terror audit dæmonum,
Victorq; passionum.
Exterminator hæresum
Exemplar actionum.
Exempla Sancte Spiritus,
Ut sancta, fac, sequamur.
In omnibus divinitus
Agamus, ac agamur!
Ego autem in Domino &c.
Oratio *ut supra.*

Ad Vesperas.

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Mater DEI te diligit
Lojola, teque JESUS,
Cruci ferendæ subjicit,
Crucis dolore læsus,
Te luce multa Trinitas

Illuminat precantem,
Redundat in te charitas
Cæleſtis emicantem.
Ubique Providentia
Divina te gubernat,
Et inter imminentia
Salvum pericla ſervat.
Fac, oro, fac, altiſſimi
Sub dextera quieſcam,
Interque mundi peſſimi
Adverſa nil paveſcam,
Ego autem in Domino &c.

Oratio *ut ſupra.*

Ad Completorium.

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Multum Philippus Nerius
Te viſus æſtimavit.
Divus-

Divusque te Xaverius
Sanctum Patrem vocavit.
Theressa vidit byssina
Sub signa congregata,
Tenere Cælos agmina
Tuorum candidata.
Hos inter, oro, cælites
Lojola considere,
Nos esse JESU milites,
Nos fac DEUM videre,
Et qui tuos miraculis
Pater foves clientes,
Semper futuris sæculis
Juvare perge gentes!
Ego autem in Domino &c.

Oratio *ut supra.*

Commendatio.

Quæ sacra panxi cantica
Tuæ dicata laudi,

Benignitate cælicâ
Lojola ſemper audi!
Et me tuis virtutibus
Fac uſque & uſque plenum,
Et abſque nævis omnibus,
Cor conſequi ſerenum,
Non orbis ulla turbîdi
Me ſubruat procella,
Nec dæmonis me callidi
Vincant doloſa bella!
Sed flammeis affectibus
Pro me Deum precare.
Plenumque me defectibus
Non deſinas amare, Amen.

Ad eundem S. efficax Oratio.

O Glorioſiſſime S. Pater IGNATI, qui ardentiſſimo erga Divinam Majeſtatem amore, & ferven-

ferventiſſimo animarum Zelo, mirabiliter à Deo donatus fuiſti: te hodie pedibus tuis advolutus humiliter deprecor, ut ſpecialem curam gerere digneris omnium meam neceſſitatū, mihique à Deo (cujus nunc beato aſpectu frueris in cælo) impetrare gratiam, me ipſum intimè cognoſcendi, de peccatis meis vehementer dolendi, Deo ex toto corde ſeruiendi, meq; penitus à rebus terrenis abſtrahendi, & adhærendi Cæleſtibus per continuum ſolidarum virtutum ſtudium, ita ut tuis inſiſtendo veſtigiis Divinâ miſericordiâ per tuam efficaciſſimam interceſſionem adjutus, in gra-
tia

tia finali moriar, dignus que efficiar, qui tecum videam, amē, & glorificem Deum meum in æternum Amen.

LITANIÆ
Ad Sanctum IGNATIUM.

Kyrie eleyson, Christe eleysō Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserere n.
Fili Redemptor mundi DEUS, Miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, Miserere.
SSS. Trinitas unus Deus, Mise:
Sancta MARIA, Ora pro nobis.
San-

Sancta DEI Genitrix, Ora pro
Sancta Virgo Virginum, Ora p:
Sancte Pater IGNATI, Ora pro:
Quem ſuo JESU commendavit
Pater æternus,
Cui ipſe JEſus ſe propitium
fore promiſit,
Quem Spiritus S. omnium
virtutum genere decoravit,
Zeloſiſſime cultor Sanctiſſi-
mæ Trinitatis,

Ora pro nobis.

Qui quantuſquantus eras, opus
eras Virginis,
Qui tãquã clypeꝰ à Deo aſſũ-
ptꝰ es ad reſiſtẽdũ hæreticis,
In quo miſerentis Dei bonita-
tem, atq; potentiam Eccle-
ſia Catholica veneratur,

Ora pro nobis.

Animum gerens mundo majo-
rem,

Lu-

Lumen Ecclesiæ, Ora pro nob:
Vir à DEO excitate ad condendam Societatem, Ora pro.
Communis orbis terrarum thesaure, Ora pro.
Miraculis clare, Ora.
Catholicæ *Religionis* ubique dilatandæ studiosissime, Ora.
Indefesse lucrandis Deo animis,
Majorem DEI gloriam semper in ore habens, semper in omnibus quærens, Ora.
Jllustris magnis in Ecclesiam meritis & miraculis, Ora.
Portus ultime. & Spiritꝰ salutis,
Divinæ Hercules edomandis monstris à Deo date, Ora.
Atlas submisse cælitus fulciendo Regno DEI, Ora.
Prodi-

Prodigiose Angele, Ora
Columna ingens Ecclesiæ, Ora.
Successor Apostoli Pauli, Ora.
Sincerum vas electionis ad cō-
versionem orbis, Ora
Vas electum ad multorum sa-
lutem Apostolico spiritu
plenum, Ora pro nobis,
Homo juvandis hominibus &
mortalium bono verè nate.
Homo, in quo ostendit DEUS,
quam ei curæ sit Ecclesiæ
securitas, Ora pro.
Virtutū, prudentiæq; speculum.
Pater in Christo Sancti Franci-
sci Xaverii, Ora.
Dux create ad Lutheri aciem,
profligandam, Ora.
Divine Homo, Ora.

Sancti-

Sanctitatis exemplum, Ora.
Vir admirabilis, Ora.
Amans DEI, non cæli, Ora.
Osor mundi non hominũ, Ora.
Virtute maxime, submissione minime, Ora.
Dux exercitûs voluntarie pro servitio Ecclesiæ, Ora.
Legislator bene ordinatæ Reipublicæ, Ora.
Sapiens discretor spirituũ, Ora.
Practice Instructor spiritualium Exercitiorum, Ora.
Ingeniose inventor proficuarũ industriarum, Ora.
Zelans persecutor morum vitiosorum, Ora.
Vigilans detector diabolicarum Insidiarum, Ora.

Ani-

Animoſe contemptor occurrentium periculorum, Ora.
Stupende patrator miraculorũ, & prodigiorum, Ora.
Annule digiti DEi, Ora.
Lampas lucens & ardens, amore DEI & proximi, Ora.
Lilium Caſtitatis, Ora.
Regula mortificationis, Ora.
Idea modeſtiæ, Ora.
Animorum diſſidentium conciliator, Ora.
Prototypon pænitentium, Ora.
Amator Crucis Chriſti, Ora.
Unio pretioſiſſime Religioſorũ.
Salus Infirmorum, Ora.
Solatium afflictorum. Ora.
Refugium pauperum, Ora.
Nutritie pupillorum, Ora.

Pater

Pater ſtudioſæ juventutis, Ora.
Patriarcha Societatis JESU, Ora.
Vates rerum futurarum, Ora.
Sectator vitæ Apoſtolicæ, Ora.
Martyr deſiderio & voto, Ora.
Decus vitæ activæ, & contemplativæ, Ora pro nobis,
Templum pacis ac ſanctitatis, Ora pro nobis.
Advocate te invocantium, Ora.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis,
Chriſte audi n. Chriſte exaudi n.
Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Ora

Ora pro nobis S. P. IGNATI,
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

DEUS, qui ad majorem Nominis tui gloriam propagandam, novo per S. Ignatium subsidio militatem Ecclesiam roborâsti, concede, ut ejus auxilio, & imitatione certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in cæiis. Qui vivis&c.

ORATIO.

Recitanda ante Imaginem

S. IGNATII.

SAlve S. Patriarcha IGNATI, Imitator JESU Christi, Templum Spiritûs S. serve amate SSmæ Trinitatis. Salve æmula-

tor

tor Martyrum, imago Apoſto-
lorum, vas electionis. Salve
expugnator vitiorum, compen-
dium virtutum, idea perfectio-
nis. Salve norma patientiæ, ca-
ſtitatis lilium, modeſtiæ ſpecu-
lum. Salve obedientiæ prodi-
gium, charitatis ignis, pauperũ
refugium. Salve exemplar ab-
ſtinentiæ, humilitatis prototy-
pon, afflictorum ſolatium. Au-
xiliare Magiſter ignorantium,
Dux pænitentium, reformator
Chriſtianorum. Illumina men-
tem meam lux infidelium. Gu-
berna cor meum magne affe-
ctuum tuorum moderator. Im-
petra mihi veniam feliciſſim
pacis conciliator. Exora in bo-

no perseverentiam, firma Ecclesiæ columna. Intercede pro me, meisque omnibus. tum cõsangvineis, tum amicis, & benefactoribus, strenue clientum tuorum Protector. Sis mihi scutum in adversitatibus, defende me à tentationibus, & omnibus in vita malis, nec me deseras in hora mortis meæ, A.

Antiph: Is. 42. Ego Dominus vocavi te in Justitia, & apprehendi manum tuam, & servavi te, & dedi te in fædus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusiòne vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Anuntiate inter gentes gloriã ejus.

In omnibus populis mirabilia ejut.

Oremus.

DEUS, qui ſervum tuum ſanctum IGNATIUM de mundi caſtris ad ſpiritualis militiæ triumphos evocâſti: præſta quæſumus, ut eum ſequamur ducem morum, & protectorem conſequamur. Per Chriſtū Dominum noſtrum. Amen.

Antiph: Idcircò poſui te, ut oſtenderem in te fortitudinem meam, & narretur nomen meũ in omni terra.

Iſte DEUS meus. Et glorificabo eum.

Oremus

DEUS, qui glorificantes te glo-

glorificas, & in Sanctorum tuorum honoribus honoraris: concede propitius, ut qui Sancti tui Confessoris IGNATII gloriosa merita colimus, ejus apud te pia patrocinia sentiamus. Per Christum Dñum nostrum. A.

OFFICIUM S. FRANCISCI BORGIÆ.

SOCIETATIS JESU.

Ad Matutinum.

NArrabo Nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te.

DOmine labia mea aperies, Et os meũ annuntiabit laudem tuam.

Deus in adjutorium meum intende,

Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

ILluſtre decus Principū,
FRANCISCE ſalve maxime,
Qui fætido cadavere
Viſo, horruiſti ſæculum;
Averte noſtra lumina,
Ne vanitates hauriant,
Sed in ſupremam cælitum,
Sint fixa ſedem jugiter.

Antiph: Teduit me vitæ meæ, videntem mala univerſa eſſe ſub ſole, & cuncta vanitatem, & afflictionem ſpiritûs.

Non aſpiciam hominem ultra, & habitatorē quietis. Hæ

Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, quoniam elegi eam.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ſpretâ mundi vanitate, B. Franciſcum Borgiam ad Societatem Filii tui vocare dignatus es: præſta quæſumus, ut quem eximiæ ſanctimoniæ exemplar habuimus in terris, ejꝰ coronæ participes fieri mereamur in Cælis. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlve columna Gandiæ,

Et Religionis gloria,
Qui aulâ relictâ Principis,
Aulam petisti Numinis?
Servos fideles cælitum,
Servire fac nos Principi,
Ut tecum eôdem præmiô.
Fruamur atque gaudio.

Antiph. Apud te laus mea, i[n] Ecclesia magna: vota mea red[dam] in conspectu timentiũ eum.

Beatus quem elegisti & a[s]sumpsisti, inhabitabit in atri[is] tuis.

Replebimur in bonis dom[us] tuæ.

Oratio ut supra.

Ad Tertiam.

Deus in adjutorium meum &[c.]
Domine ad adjuvandum me &[c.]
Glori[a] &[c.]

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlveto ſpeculum pauperum,
Opumque ſpretor inclyte,
Felicitatem divitum
Qui vanitatem duxeras,
Fac ſpiritu nos pauperes,
Virtute verò divites,
Gazas caducas ſpernere,
Solumque Chriſtùm querere.

Antiph: Còácervavi mihi argentum, aurum, & ſubſtantias regum, & provinciarum: vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.

Beatus vir, cujus eſt nomen Domini, ſpes ejus.

Et non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. Ora-

Oratio ut ſupra.

Ad Sextam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlve polaris flammula,
Cæli voluptas Borgia
Devotionis lachrymâ,
Cui madebant lumina,
Rores ſuper nos gratiæ
Devotionis deplue,
Cor incaleſcat frigidum,
Flammis amoris æſtuet.

Antiph: Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur.

Tanquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ. Et

Et in oratione confitebitur Domino.

Oratio ut ſupra.

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlve pudicitiæ roſa,
Et caſtitatis lilium;
Hoſtis voluptatis maxime,
Carniſque victor nobilis,
Tu puritatem corporis
Mentiſque ſerves integram,
Cor munda ab omni crimine,
Dignus thronus ſit Numine.

Antiph: O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate! immortalis eſt enim memoria

illius,

illius, quoniam apud Deum nota est, & apud homines.

Retribuet mihi Dominus secundùm justitiam meam.

Et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus.

Oratio ut supra.

Ad Vesperas

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

SAlve culmen humilium,
Exemplum obedientiæ,
Calcatâ honoris purpurâ.
Demissionis gratiâ,
Qui claruisti maximè
Motus superbos comprime
Mentes rebelles edoma.
Humilesq; veros effice.

Antiph: Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatum considere illum faciet.

Memoriam superborum perdidit. Deus.

Et reliquit memoriam humilium sensu.

O atio *ut supra.*

Ad Completorium.

Converte nos Deus salutaris noster,

Et averte iram tuam à nobis

Deus in adjutorium meum &c

Domine ad adjuvandum me &c.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlve potestas dæmonum,
Bellator invincibilis,

Qui

Qui nobilis victoriis
Plaudens migrâsti è corpore
Adversus infernalium,
Tentationes hostium,
Nobis adsis fortissimum
In morte propugnaculum.

Antiph: Justus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, senectus enim venerabilis est, non diuturna, neq; annorum numero computata.

Gloriosa in conspectu Domini: Mors Sanctorum ejus.

Oratio *ut supra.*

Oblatio.

Hæc tibi dicamus Borgia
Præconiorum carmina,
His te polorum Principem
Ter-

Terræque jubar extollimus;
Præsta tuis virtutibus:
Ut vita nostra fulgeat;
Eadem ut inter cælites
Tecum micemus gloriâ.

OFFICIUM
B. ALOYSII GONZAGÆ. *Societatis JESU.*

Ad Matutinum.

DOmine labia mea aperies,
Et os meum annuntiabit laudem tuam.
Deus in adjutorium meum intende,
℟. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

CAnduit noſter Ludovicus illa
Mente, quâ ſemper fuit innocenti,
Ut ſuo criſpæ niveo bidentes
Vellere candent.

ALoyſi Gonzagarum decus, honor juventutis, Societatis ornamentum, caſtitatis lilium, flos obedientiæ, paupertatis viola, roſa verecundiæ, virtutum omnium millefolium, fac ut qui brevi vitæ compendio, grãdævæ ætatis perfectionem comprehendiſti, te hic imitemur, & ibi laudemus in ſempiternum.

Conſummatus in brevi explevit tempora multa.

Placita enim erat DEO anima illius. ORA-

ORATIO.

DEUS, qui famulum tuum Aloysium ad majorem Nominis tui gloriam in Societatem Filii tui vocare dignatus es, largire quæsumus, ut qui columbinæ innocentiæ jubar imitamur in terris, ejus gloriæ participes fieri mereamur in cælis. Per Christum Dñum nostrũ, Amẽ.

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c,

Hymnus.

Lilium plusquam nivei coloris
Integræ vivo tibi castitatis,
Semper ex largis oculis refuso
Floruit imbre.

Aloysi Gonzagarum &c.
ut supra.

Consummatus &c.

ORATIO.

DEUS, qui famulum tuum Aloysium ad majorem Nominis tui gloriam in Societatem Filii tui vocari dignatus es; largire quæsumus, ut quem Angelicæ castitatis speculum esse vidimus in terris, ejus gloriæ participes fieri mereamur in Cælis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Tertiam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat &c.

Hy-

Hymnus

CAlcar in molles penetravit artus,
Sæpius quando minimè rebellē,
Punxit armatis laqueis vocata
Purpura carnem.
Aloysi Gonzagarum &c. *ut supra*
Consummatus &c.

ORATIO.

DEUS, qui famulum tuum Aloysium ad majorem Nominis tui gloriam in Societatem Filii tui vocare dignatus es, largire quæsumus, ut quem severum sui corporis vindicem colimus in terris, ejus gloriæ participes fieri mereamur in cælis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Sextam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus

CUm ſpopondiſſet Diadema mundus, [ſet
Sceptra cum dives Regio dediſ-
Sceptra, Gonzaga & *Diadẽa*, vanas Credidit umbras.
Aloyſi Gonzagarum decus &c.
ut ſupra.

Conſummatus &c.

ORATIO.

DEUS, qui famulum tuum Aloyſium ad majorem Nominis tui gloriam in Societatem Filii tui vocare dignatus es: largire quæſumus, ut quem, nobis

volun-

voluntariæ paupertatis ideam proponimus in terris, ejus gloriæ quoq;participes fieri mereamur in Cælis. Per Christum &c.

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

VEluti massā figulus sequace,
Fingit, in quam vult agitare formam,
Ductilem, sic te poterant superni
Flectere nutus.
Aloysi Gonzagarũ &c. *ut supra.*
Consummatus.

ORATIO.

DEUS, qui famulum tuum Aloysium ad majorem No-

minis tui gloriam in Societatē Filii tui vocare dignatus es: largire quæsumus, ut quem nobis cæcæ obedientiæ exemplar dedisti in terris, ejus gloriæ participes fieri mereamur in Cælis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Vesperas.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Cum fatigabas precibus beatos, Et piæ terram lachrymæ rigabant.
Visus es crebro quasi raptꝰ ipsū
Cerpere Numen.
Aloysi Gonzagarū &c. *ut supra.*
Consummatus &c. ORA-

ORATIO.

DEUS, qui famulum tuum Aloysium ad majorem Nominis tui gloriam in Societatem Filii tui vocare dignatus es: largire quæsumus, ut qui nobis Divinæ contemplationis specimen præstitisti in terris, ejus gloriæ participes fieri mereamur in in Cælis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Completorium.

Converte nos Deus salutaris noster,
Et averte iram tuam à nobis.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio &c.
Sicut erat in principio &c.

Hymnus.

CEssit è vivis Ludovicus, omni
Ritè virtutū specie decorus.
Magna virtutum series, beatæ
Tessera vitæ.
Aloysi Gonzagarū &c. *ut supra,*
Consummatus &c.

ORATIO.

DEUS, qui famulum tuum Aloysium ad majorem Nominis tui gloriam in Societatem Filii tui vocare dignatus es: præsta quæsumus, ut quem optimum virtutum Magistrum habuimus in terris, ejus gloriæ participes fieri mereamur in Cælis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

OBLA-

OBLATIO.

HOc tibi nostrum Ludovice carmen
Debito conor recitare voto,
Ut malum nobis medico propinquum
Pollice pellas.

Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia,
Oleum effusum ALOYSI nomen tuum,
Adolescentuli dilexerunt te (nimis.

ORATIO.

OMnipotens sempiterne Deus, qui B. Aloysium in Societate Filii JESU, gratiâ contemplationis, & sanctimoniæ cãdore admirabili exornasti: præsta quæsumus, ut ejus celebran-

tes memoriam apud te, tui e-
xactam nominis cognitionem,
& puritatis inviolabilem asse-
quamur gloriam. Per Christū
Dominum nostrum, Amen.

O Beatissime Aloysi, Sancte
Adolescens, ô magne mundi
victor, atq; contemptor, quem
purissimis castitatis insignitum
liliis, omnes fines lætabundâ
voce decantant. atq; commen-
dant. Obsecro te toto cordis
affectu, impetra mihi, quod po-
tes, à Deo purissimæ castitatis,
& perfectæ humilitatis sinceri-
tate, JESU Christo Domino meo
deservire.

DEUS, qui Beatum ALOY-
SIUM famulum tuum, per to-
tum

tum vitæ tempus ab omnium turpium, cogitationum, & mortiferæ culpæ macula liberasti, ut perfecto tibi amore deserviret; quæsumus, ut nos ei similes facias, munere, & amore. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

CULTUS S. FRANCISCI *XAVERII* Societatis JESU

Magni Indiarum Apostoli in grátiam eorum, qui ejus ambiunt Clientelam.

OFFICIUM S. FRANCISCI *XAVERII* Soc: JESU.

Ad Matutinum.

DOmine labia mea aperies,
Et os meum annunciabit laudem tuam.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

IN flore vitæ XAVIER,
Spretis honorum fascibus
Spebusque stirpis Patriæ,
Ad Cæli amores vertitur;
Sacri calore Spiritus,
Deo parata victima,
Igna-

Ignatianis æstuans,
Totus liquescit ignibus.
O vita JESU cordium
Fac, ut caduca deserens,
Te sorte quam concesseris,
Mea mens requirat unicum!

Antiph: Egredere de domo tua, & cognatione tua, & de terra Patris tui, & veni in terram, quam monstravero tibi. *Genesis* 12.

Inveni Filium Jesse, virum secundum cor meum. Qui faciet omnes voluntates meas. *Actorum* 23.

ORATIO.

DEUS, qui Evangelium Regni tui, per barbaras gentes, & reconditas nationes, S. Fran-

Francisci Xaverii prædicatione seminasti, & ejus sanctitatem innumeris hactenus miraculis decorasti: concede quæsumus, ut cujus memoriam agimus, etiam virtutes imitemur. Per Dominum nostrum &c.

Ad Laudes.

Deus in adjutorium meum &c.

Hymnus.

EXegit omnem laudibus,
Amoribusque Numinis,
Inter fœcunda & aspera,
Vitæ diem Xaverius,
Seu mane sol assurgeret,
Seu conderetur æquore;
In ore Deus insiderat,
In corde JEsus vixerat

Mea

Mea, DEUS ô felicitas!
Fac, ut (qnod olim gestio,
Amare te perenniter)
Dum vivo totus ordiar.

Antiph: Quid mihi est in Cælo & à te quid volui super terram Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. *Psal*, 71.

Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum. *Eccl.* 51.

Oratio ut supra.

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum &c.

Hymnus.

MIsertus orbis ultimi,
Xaverius caliginem.
Ab occidentis finibus,
Emergit instar Cynthii.
Deum ferebat pectore,

Feris

Feris dicendum gentibus,
Apoſtolus deperditæ,
Iterum futurus Indiæ.
JESU ſalus mortalium!
Ita fac amare proximum,
Ut ex hoc amore, curia
Adaugeatur cælitum.

Antiph. Ite Augeli veloces ad gentem exſpectantem, & conculcatam, cui diruperunt flumina terram. *Iſaiæ* 18.

Dedi te in lucem gentium, Ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ. *Iſaiæ.*

Oratio *ut ſupra.*

Ad Tertiam.

Deus in adjutorium meum &c.

Hymnus.

Miraculorum gloria,
Apoſtolatus infulis,

Et gentium præconiis
Ubique magnus Xavier.
Suo tamen suffragio,
Postremus unus omnium,
Cujuslibet solatiis,
Se dedicat Xaverius.
O qui superba conteris,
JESU humilium sublimites,
Tuo ex amore despici,
Fac, ut frequenter expetam.

Antiph. Ante Dominum, qui elegit me, vilior fiam, plusquã factus sum, & ero humilis in oculis meis, & gloriosior apparebo. *2. Reg.* 6.

Omnibus omnia factus sum ut omnes facerẽ salvos. *1. Cor:* 3.

Oratio *ut supra.*

Ad Sextam.

Deus in adjutorium meum &c.

Hymnus.

O Virginem Xaverium!
Et ſangvinis caloribus,
Erroribusq; gentium,
Et ſomnis ſuperſtitem!
Hinc caſtitas poſt funera
Vetuit malam putredinem,
Intacta ſemper lipſana,
Xaverii contingere.
O Divina JESU puritas!
O Matre nate Virgine!
Da labe ſine, me conſequi,
Quà ductor Agnus iveris.

Antiph: O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate Immortalis eſt enim memoria illius, quoniam apud Deum nota eſt, & apud homines. *Sap:* 4.

Hi ſequuntur Agnum quocunque ierit. Sine

Sine macula enim ſunt ante Thronum Dei, *Apoc:* 14.

Oratio *ut ſupra.*

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum &c.

Hymnus.

VAſte remotas Indiæ
Plagas obit Xaverius,
Lojola ſed vel litera,
Si juſſeris revertitur,
Nec ſol, ut promptiſſimus,
Vel ſtare, vel recurrere,
Volente juſſus Numine,
Telluris ſorbet orbitam.
Exordientẽ Numinis,
Agnoſco JESU literam
Opto per hanc cum legibus
Dei placita decurrere!

An-

Antiph. Audi Fili mi disciplinam Patris tui, & ne dimittas legem Matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. *Poet.*

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam Deus meus. *Psal.* 36.

Oratio *ut supra.*

Ad Vesperas.

Deus in adjutorium meum &c.

Hymnus.

CEcidêre monstra Tartari,
Idola pulsa gentium,
Fide instituti Japones,
Chinæ reclusa littora,
Vicena quin & funera,
Et quinque vitæ reddita,
Pulsis tot orbe pestibus,

Franci-

Franciſce Numen evocat,
JESU laborum præmium,
Mercede major maxima:
Conando quidquid geſſero,
Te, te in coronam poſtulo.

Antiph: Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meũ. *Pſal: 90.*

Nimis honorati ſunt amici tui Deus.

Nimis confortatus eſt principatus eorum. *Pſal: 138.*

Oratio *ut ſupra.*

Ad Completorium.

Converte nos DEUS ſalutaris Noſter.

Et averte iram tuam à nobis.

Deus in adjutorium meum &c.
Hymnus.

FRancisce jam Cælestium,
Divis recepte sedibus,
Dignare te uolentium,
Piis adesse mentibus.
Omnem per orbem gloriæ
Tuæ eriguntur symbola:
Per te impetratæ gratiæ,
Ubique stant insignia.
Eous, & septemtrio,
Meridies, & Occidens,
Te iste, & ille plurimis,
Tibi calet clientibus.
O perditorum temporum,
Erancisce, spes amplissima,
Orbis Pater novissimi,
Patrone, lux Apostole.
Salve tuoque lumine,

Tuos

Tuos serena supplices:
Fac mundus omnis ardeat
Divini amore Numinis.
Fides ut una gentium,
Fines inundet omnium,
Ut unâ pax cælestium
Cor jungat, & terrestrium.

Antiph. Hic est fratrum amator, & populi Israël, qui multum orat pro populo, & universa sancta Civitate. *Mat.* 2. *cap.* 5.

Ora pro nobis S. FRANCISCE XAVERI,

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio *ut supra.*

Commendatio.

HÆc Indiarum Apoſtolo,
Hæc vota Thaumaturgo,
Japoniarum Apoſtolo
Dicata amoris ergô.
Ergo tuis compendiis
Sic per viæ ſalebras,
Et ſic tuis ſtipendiis
Me duc per has latebras!
Ut ceu tuis ab ignibus
Calente corde mundum,
Contemno, ſic inſignibus
Vitem tuis profundum:
Dicamque tecum ô ampliûs,
Domine ampliûs dolores!
Dicamque tecum crebrius
Satis eſt, ſatis favores!

LITANIÆ
Ad Sanctum
FRANCISCUM
XAVERIUM.

KYrie eleyſon, Chriſte eleyſō,
Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis Deus, Miſerere,
Fili Redemptor mundi DEUS.
Miſerere nobis.
Spiritus S. DEUS, Miſerere n.
SSS. Trinitas unus DEUS, Mi.
Sancta MARIA, Ora pro nobis.
Sancta DEI Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Sancte Pater IGNATI, Ora.

Sancte FRANCISCE XAVERI dignissime, & dilectissime Fili Sancti Patris IGNATII,
Sancte Francisce Xaveri Indiarum Apostole, Ora pro nobis.
S. Francisce Xaveri Evangelizans pacem,
S. Francisce Xaveri Evangelizans bona,
Vas electionis portans Nomen IEsu coram gentibus,
Vas redundans Divinæ charitatis,
Firmamentū Orientis Ecclesiæ,
Propugnator Fidei,
Impugnator infidelitatis, Ora
Prædicator Evangelicæ veritatis,
Idolorum destructor,

Ele-

Electum à Patre æterno instrumentum propagandæ Divinæ gloriæ,

Fidelis imitator JEsu Christi Filii Dei, & Societatis, } Ora pro nobis.
Tuba resonans S. Spiritûs,
Columna Templi DEI,
Lux Paganorum,
Magister credentium,

Speculum veræ pietatis.
Dux in via virtutum, & Christianæ perfectionis,

Exemplar Apostolici Spiritûs & sanctitatis, } Ora pro nobis.
Lumen cæcorum,
Pes claudorum,
Auxiliator naufragorum,
Salus ægrotorum,

Fugator dæmonum,

Vita mortuorum,
Cujus potestati obediunt mar[e] & tempestates,
Cujus imperia venerantur universa elementa,
Prodigiorum Thaumaturge
Refugium miserorum,
Gaudium afflictorum,
Orientis splendor,
Pignus resurrectionis ad vitam gratiæ, & gloriæ,
Tabernaculum incorruptioni[s]
Ærarium Diuini amoris,
Gloria Societatis JESU,
Legate Apostolicæ Romanæ Sedis,
Pauperrime XAVERI,
Castissime XAVERI,
Obedientissime XAVERI,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

 Crucis

Crucis Christi ac laborum pro Christo, cupidissime Xaveri,
Svavissime Xaveri,
Gloriosissime Xaveri,
Animarum & Divini honoris, Zelator ardentissime,
Angele moribus & vita,
Patriarcha affectu & studio Curandi populum DEI,
Ora pro nobis.

Propheta dono & spiritu,
Apostole dignitate & merito,
Doctor gẽtiũ potẽs in multifario sermõe & opere,
Confessor virtute, & vitæ professione,
Virgo animo & corpore,
In quo uno omnium Sanctorum merita, ex divina benignitate veneramur,
Ora pro nobis.

Agnus

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus DEI, qni tollis peccata mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon.

Pater noſter, ſecretò.

Et ne nos inducas in tentationẽ, Sed libera nos à malo.
Ora pro nobis Sancte Franciſce XAVERI,
Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORE-

OREMUS

DEUS, qui Indiarum gentes, Beati Francisci prædicatione, & miraculis Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti, concede propitius, ut, cujus gloriosa merita veneramur, virtutum quoque imitemur exempla. Per Dominum nostrum &c.

DOmine JESU Christe, per illa quinque vulnera, quæ tibi in Cruce amor inflixit, intercedente Beato Francisco Xaverio famulis tuis subveni, quos pretioso Sangvine redemisti. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum Amen.

Ejus-

Ejusdem pro Zelo Animarum.

QUanti sit pretii anima, Tu nôsti Domine JESU, qui te pro animabus nostris impendisti, da ut semper magis ac magis illnd ipsum ego cognoscam, tum ut nè illam vel cum totius mundi lucro deperdam, tum ut vel unius animæ salutem, etiam cum corporis mei, & mundi totius detrimento, procurem. Ita rogo per Vulnera JESU Christi, per Ubera Benedictæ Matris, per Conceptionem ejusdem, Amen.

ORA-

ORATIO.

S. FRANCISCI XAVERII, pro persecutoribus.

Tursel: vita l. 5. cap. 6.

DOmine JESU Christe, Deus cordis mei per acerbissimos mortis cruciatus, obtestor, ut intuearis suas ipse cicatrices & Vulnera, quæ Patri tuo assiduè pro nobis exhibes, eaque salubria esse velis omnibus persecutoribus nostris, ut resipiscant.

Aspirationes Sancti FRANCISCI XAVERII morientis.

JESU

JESU JESU! Filii David miserere mei, Tu peccatorum meorum miserere! Mater DEI memento mei, Monstra te esse Matrem, JESU DEUS cordis mei! In te Domine speravi, non confundar in æternum.

AFFECTUS

Amantis Animæ.

O DEUS ego amo te;
Nam prior tu amâsti me.
En libertate privo me,
Ut sponte vinctus sequar te.
Nil suggerat memoria,
Nisi de tua gloria;
Nil intellectus sapiat,
Præterquam ut te cupiat.

Pro-

Proteſtor nihil velle me,
Niſi quod ſciam velle te:
Quæ donô tuô mea ſunt,
Hæc donô meô tua ſunt.
A te accepi, recipe;
Quid iis velis, præcipe,
Guberna, ſicut ſcis, & vis,
Nam ſcio, quòd amator ſis.
Amore ſolo dona me,
Ut ego quoq; amem te,
Et vigil, & per ſomnia,
Hac dando dabis omnia.

AFFECTUS
S. FRANCISCI XAVERII.

O DEUS! ego amo te,
Nec amo te, ut ſalves me,

Aut quia non amantes te
Æternô punis igne.
Tu, tu mi JESU, totum me
Amplexus es in Cruce!
Tulisti clavos, lanceam,
Multamque ignonimiam,
Innumeros dolores,
Sudores, & angores,
Ac mortem; & hæc propter
me!
Ac pro me peccatore!
Cur igitut non amem te?
O! JESU amantissime!
Non ut in Cælo salves me,
Aut nè æternnm damnes me,
Nec præmii ullius spe,
Sed, sicut Tu amâsti me,
Sic amo, & amabo te,

Solum

Solum quia Rex meus es,
Et solum, quia DEUS es.

Ejusdem pro conversione Gentium, Hæreticorum, & peccatorum.

ORATIO

ÆTerne rerum omnium effector DEUS, memento abs te animas infidelium, hæreticorum, & peccatorum procreatas, easque ad imaginem & similitudinem tuam conditas. Ecce Domine in opprobrium tuum his ipsis infernus repletur. Memento, JESUM dilectum Filium tuum pro illarum salute atrocissimam subiisse necem. Noli quæso Do-

mine ultra permittere, ut Filius tuus ab infidelibus, hæreticis, & peccatoribus contemnatur, ſed precibus Sanctorum Virorum. & Eccleſiæ Sanctæ, Filii tui Sponſæ, placatus, recordare miſericordiæ tuæ, & oblitus idololatriæ, infidelitatis, contumaciæ, & malitiæ eorum, effice, ut ipſi quoque agnoſcant, timeant, diligant aliquando, quem miſiſti Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, qui eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra, per quem ſalvati, & liberati ſumus. Cui ſit gloria per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

HYMNUS AD S. FRANCISCUM *XAVERIUM.*

FRancisce mundi gloria,
Orbisque lumen alterum,
Qui nunc beatis cælitum
Mensis quietus accubas,
Agnum secutus prævium
Ludis choreas Virgines,
Interq; cætus candidos,
Comes pudicus ambulas.
O si teramus asperam
Tecum pudoris semitam!
Da, da Pater quod poscimus,
Nec sperne vota supplicum,
Sint pura nobis pectora,
Fædata nullis sordibus,
Ut æmuli virtutibus,
Pari fruamur gloriâ.

V. Ora pro nobis Sancte Francisce Xaveri,
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi,

ORATIO.

O Beatissime, ac gloriosissime S. Francisce, gaudeo, exulto, & gratulor tibi omnem gloriam tuam, quâ post præclarissima virtutum merita jam æternùm frueris. In gratiarum actionem offero Domino DEO tuo & meo, non tam mea solùm ut quæ tenuia sunt, & imperfecta, quàm oblata totius Ecclesiæ pia obsequia, sacrificia, aliaque omnia devo-

tionis opera, quibus gratam meritorum, virtutumque tuarum commemorationem facimus. O si easdem, quas in te suspicio, colo, veneror, virtutum actiones imitari quàm proximè possim! supple defectum, & infirmitatem meam, ô gloriosissime Sancte Francisce! & per tuam intercessionem, cui optimus DEUS, qui glorificantes se, glorificat, nihil negare poterit; impetra mihi donum puritatis, & præterea virtutes N. ut in hac vita actionum tuarum sedulus æmulator, in altera verò æternæ gloriæ consors effici merear, Amen.

DEVOTIO DECEMDIALIS

Per decem dies Veneris exercenda, in honorem Sancti FRANCISCI XAVERII.

HUjus praxis ad impetrandam ſpecialem aliquam à DEO gratiam, mediante potenti patrociniô Sancti Xaverii, non paucis, etiam in Germania, aliisque Orbis Chriſtiani Provinciis, ac Regnis utiliſſima fuit. In memoriam igitur decem annorum, quibus magnus hic Apoſtolus in Gentium converſione deſudavit, & in mortis ejuſdem Sancti venerationem, quam piiſſimè in

Insula Sanciano 2. die Decembris 1552. die Veneris obiit; item ob favoris illius prodigiosi honorem, ac reverentiam, quo Christi in Cruce pendentis simulacrum in domo Paterna Xaverii, sextis quibusque ejusdem anni feriis Sangvine undique manabat, & quotiescunque adversi quidpiam S. Viro accidebat in India; sequentia decem diebus Veneris, ad insignem aliquam gratiam, per hujus magni Sancti intercessionem impetrandam, exercere est consultum. I. Devotè Confessionis, ac Sacræ Communionis Sacramenta obire. II. Jeju-

niô, aut alia leviori, pro cujusque ſtatu, mortificatione corpus affligere. III. Ante aram ipſius aut Iconem, quam quiſque decenter in conclavi ſuo ornatam conſervabit; decem *Pater* & *Ave*, & totidem *Gloria Patri*, cum Antiphona, & Oratione hic ſubſcripta recitare, ut ſequitur.

Antiphona.

Euge ſerve bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.

Verſ. *Juſtum deduxit Dominus per vias rectas.*

Reſ. *Et oſtendit illi Regnum Dei,*

ORE-

OREMUS

DEUS, qui Indiarum Gentes Sancti Francisci prædicatione, & miraculis Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti; concede propitius, ut cujus gloriosa merita veneramur, virtutum quoq; imitemur exempla. Per Christum Dominum nostrum, Amē.

Postremò, summa cum fiducia, optata gratia, postulanda est. Etenim longâ experientiâ compertum habemus, eos, qui cum fiducia se sub S. Francisci Xaverii patrocinium recipiunt, benigné exaudiri, ut saltem patientiam & robur, sese Divinæ

voluntati conformandi recipiant, ſi ea, quæ petunt, non conſequantur.

Ut te autem dignum tali gratiâ reddere valeas, tollenda ſunt omnia ſpiritualia impedimenta, ſeu peccata; ſeriò devotionis, internæque culturæ animi, cum frequenti diſcuſſione conſcientiæ inſiſtendo.

OFFICIUM
Beati
STANISLAI
KOSTKA
SOCIETATIS JESU.
Regni Poloniæ PATRONI.

Ad

Ad Matutinum.

DOmine labia mea aperies,
Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Deus in adjutorium meum intende,

Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,

Sicut erat in principio, &c.

Hymnus.

LUx nata super Sarmatis
Amorque nostri climatis:
Salve Beate Kostule,
Cælestis horti floscule,
Ecce odor Filii mei, sicut odor
Agri pleni.

Cui

Cui benedixit Dominus.
Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

DEUS, qui per Angelicas manus Beatum Stanislaum Koſtkam Confeſſorem tuum, ſacro Filii tui corpore dulciter ſatiaſti; concede propitius, ut per ejus interceſſionem eundem Filium tuum, quem nunc per fidem, in admirabili SACRAMENTO veneramur & ſumimus, revelata facie in cælis contemplari valeamus. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Ad Pri-

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio &c.

Hymnus.

DElicium magni Patris
Svaviolum magnæ Matris,
Unum præſta, ut cor meum,
Quid quid volet, velit Deum.
Puer parvulus, & ipſum ſolum
habet Mater ſua.
Pater verò tenere diligit eum.
Domine exaudi orationem
meam,
Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

Deus qui per Angelicas &c.
ut ſupra.

Ad Ter-

Ad Tertiam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio &c.

Hymnus,

FLammîs supernîs æstuas
Nobis calores impluas,
Non unda flamma temperet,
Ignis medullas concremet.
Aquæ multæ non poterant extingvere charitatem,
Nec flumina obruere illam.
Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.

Oratio ut supra.

Deus in adjutorium meum &c.

Domi-

Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Hymnus.
JUbar repandis aureum,
Stillas liquorem melleum,
Guttam mitte ſitienti,
Et quem ſtringis da poſcenti.
Quaſi flos roſarum in diebus vernis,
Et quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ.
Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.
Oratio ut ſupra.
Ad Nonam.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Hy-

Hymnus.

ARridet Æther gaudiis,
Tuisque plaudit baſiis,
Quas Angelorum manibus
Sumis, nos paſce frugibus.
Panem cæli dedit eis,
Panem Angelorum manducavit homo.
Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.

Oratio ut ſupra.

Ad Veſperas

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio &c.

His-

Hymnus.

PEr tuum Virgo flosculum,
Per tuum JESU Kostulum,
Tuâ nos gratiâ muni,
Et Patri æterno uni.
Fulcite me floribus, stipate me malis,
Quia amore langveo.
Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.
Oratio *ut supra.*

Ad Completorium.

Converte nos Deus salutaris noster,
Et averte iram tuam à nobis
Deus in adjutorium meum &c
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

O Ko-

Hymnus.

O Koſtka Chriſti gemmula,
Cæli micantis flammula;
JESUM da meis fletibus,
Da Dominum gemitibus.

Conſummatus in brevi explevit tempora multa.

Placita enim erat DEO anima illius.

Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.

Oratio *ut ſupra.*

Commendatio.

HÆc, hæc tuis honoribus,
Inſcripta carpe vera,
His te meis dum floribus,
Et mente laudo tota.

Nec me prius præoccupet
Æternitatis hora.
Quàm corda panis recreet
Cælestis, adlabora.

HYMNUS
AD B. STANISLAUM KOST.

SAlve ô caste Candor puritatis
Intemerate flos Virginitatis!
Tuum dum corpus purum conservatur,
Vultùsq; Cæli luce illustratur,
Lumina ista monstrant radiorũ,
Non cinctam mentem nube peccatorum.
Decuit corpus ita illustrari,
Nesciũ noxa mortali gravari.
V. Quasi flos rosarum in diebꝰ vernis. R. Et

R. Et quasi ligna, quæ sunt in transitu aquæ.

V. Ora pro nobis Beatissime KOSTKA,

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

JESU Virgineæ castitatis amator, & auctor, qui B. STANISLAUM KOSTKAM immaculatum in hoc sæculo custodisti: concede propitius, ut qui ejus memoriam propter te, qui inter spiritualia lilia libenter pasceris, recolimus: ejus precibus ac mdritis, intactam à mundi illecebris animam, ac corpus pro

tuo

tuo domicilio semper servemo. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum Amen.

OFFICIUM
PARVUM
S. ANGELI CUSTODIS.

ORATIO
Præparatoria, ante Officium dicenda.

DEUS, cujus Providentia humano generi supernorum Spirituum præsidium subministrat; concede, ut Angelum meæ custodiæ deputatum, ita valeã

his

his precibus venerari, ut ejus protectione merear ubique defendi. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Matutinum.

SAncte Angele DEI, qui Custos es meï, ora pro me.

V. Domine labia mea aperies,

R. Et os meum anunciabit laudem tuam.

V. Deus in adjutorium meum intende,

R. Domine ad juvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Alleluja. *vel*

Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Hy-

Hymnus.

NOvo lucis exordio,
O Custos mi dulcissime,
Cæcam mentis caliginem
Tuo splendore discute:
Et me divina monita
Benignus semper edoce.

Antiph: Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi, observa eum, & audi vocem ejus.

V. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.
R. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor Nomini tuo Domine.

OREMUS

DEUS, qui ineffabili Providentiâ Sanctos Angelòs tuos ad noſtram cuſtodiam mittere dignaris, largire ſupplicibus tuis, & eorum ſemper protectione defendi, & æternâ Societate gaudere. Per Dominũ noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum, &c.

Ad Primam.

Offert. Sancte AngeleDei &c. Deus in adjutorium meum &c. Domine ad adjuvandum &c. Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

MEas preces & lachrymas,
Fidus è Cælo nuncius.
Quam-

Quamvis indignas excipe,
Et ſummo Patri tradito:
Culpiſque meis debitas,
Supplex pænas avertito,

Antiph: Data ſunt ei incenſa multa, ut adoleret ea ante altare aureum, & aſcendit fumus aromatum de manu Angeli in conſpectu Domini.

In conſpectu Angelorum &c.

Oratio *ut ſupra.*

Ad Tertiam.

Solatur. Sancte Angele Dei, &c.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

AFflictum clementiſſime,
Favore tuo recrea:

Ad virtutis officia,
Semisopitum excita,
Cum sancto mens in opere
Nutârit promptus adjuva.

Antiph. Reversus est Angelus, qui loquebatur in me, & suscitavit me, quasi virum, qui suscitatur de somno suo.

In conspectu Angelorum &c.

Oratio ut supra.

Ad Sextam.

Invitat. Sancte Angele Dei, &c.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio &c.

Hymnus.

DIssolve mentis glaciem,
Frange cordis duritiem,

Peccati oppressum onere
Præsenti manu subleva:
A Cæli errantem semita,
Ad Cæli viam revoca.

Antiph. Angelis suis mandavi de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

V. In conspectu &c.

Oratio *ut supra.*

Ad Nonam.

Arcet. Sancte Angele Dei, &c.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

INvicta tua dextera,
Contunde vires dæmonis;

Carnis retunde fomitem,
Mundi frange ſuperbiam,
Ut tuo ſub præſidio
Victor ab hoſte redeam.

Antiph. Benedictus Dnus meꝰ, qui miſit Angelum ſuum, & concluſit ora Leonum, & non nocuerunt mihi.

V. In conſpectu &c.

Oratio *ut ſupra.*

Ad Veſperas.

Caſtigat. Sancte Angele Dei &c.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

FLagellô pigrum excita,
Et reluctantem increpa,

Vitæ labentis terminum
In mentem ſæpè revoca:
In vitæ brevi ſpatio,
Solertiorem facito.

Antiph, Et nunc Domine, Dominator cælorum, mitte Angelum Sanctum tuum ante nos, in timore, & tremore magnitudinis brachii tui.

V. In conſpectu &c.

Oratio ut ſupra.

Ad Completorium.

Tuetur. Sancte Angele Dei, qui Cuſtos es mei, ora pro me.

Converte nos DEUS ſalutaris Noſter.
Et averte iram tuam à nobis.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, &c. Alleluja

Hymnus.

IN pugna mortis ultima,
Adſis mihi fortiſſime;
Peracta demum fragili
Vita, Ductor amabilis,
Me protinus æthereis,
Infer benigne ſedibus.

Antiph. Vivit Dominus, quoniam cuſtodivit me Angelus ejus & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem, & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari.

V. In conſpectu &c.

Oratio. Deus, qui ineffabili &c

Com-

Commendatio.

HAs horas Angelicas cum devotione,
Tibi Christe offerimus, piâ ratione,
Ut Custodis Angeli intercessione.
Sis nobis solatium mortis in agone, Amen.

SAncti Angeli Custodes nostri, defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo judicio, Amen.

Sancte Angele Dei, qui Custos es mei, me tibi commissũ pietate superna, hodie illumina, custodi, rege, & guberna, Amẽ.

ORA-

Oratio ad S. Angelum Custodem.

OBſecro te Angelice Spiritꝰ, cui ego indignus peccator ad providendum cõmiſſus ſum, ut indeſinenter protegas, defendas, mundes, munias me ab omni incurſu diaboli, vigilantem, dormientem, ac ubicunque fuero. Repelle à me per virtutem S. Crucis omnem tentationem ſathanæ, & quod mea non exigunt merita, tuis precibus obtine apud Altiſſimum Judicem, ut nihil loci in me habeat. Cumque per abrupta vitiorum me deviâſſe videris, per ſemitas juſtitiæ ad Salvatorem meum reducere me ſatagas.

tagas. Et in quacunque tribulatione vel anguſtia me eſſe perſpexeris, auxilium DEI Omnipotentis, tuo obtentu, & precamine mihi adeſſe ſentiam, Precor te mi Cuſtos, ſi fieri poteſt, notum mihi facias finem meum, diemque obitûs mei. Et cum de corpore ductꝰ fuero, non permittas me à maligno ſpiritu terreri, neque in foveam deſperationis deduci. Non dimittas me Angelice Spiritus, donec ad viſionem ipſius Conditoris mei perducas me, ubi ſimul ego pro opere, & tu pro cuſtodia, unà cum Beatiſſima DEI Genitrice MARIA, & omni-

& omnibus Sanctis, Domino adjuvante, lætemur.

Verſ. Glorioſus apparuiſti in conſpectu Domini,

Reſp. Proprerea decorem induit te DEUS.

ORATIO.

OMnipotens & miſericors Deus, qui hominem ad imaginem tuam formâſti, & ei Angelum & corporis & animæ Cuſtodem tribuiſti; concede propitius, Angelo mihi deputato tantum honorem impendere, ut me tua protectione vivificet, & defendat ab omni incurſione diaboli vigilantem, dormientem, orantẽ, ac divinis officiis

officiis tibi servientem, omnibus horis ac momentis, nec non in hora decessionis meæ Angelos malos à me depellat, bonosque mihi associet: & animam meam ad te (qui verè paradisus es] feliciter perducat. Per Dominum nostrũ &c.

LITANIÆ
BREVES
De S. ANGELO CUSTODE.

Kyrie eleyson, Christe eleysõ, Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miferere n.
Fili Redemptor mundi DEUS
Miferere nobis.
Spiritus Sancte Deus, Miferere
Sancta Trinitas unus DEUS
Miferere nobis.
Sancta MARIA Regina Ange-
lorum, Ora pro nobis.
S. Angele Cuftos meus, Ora
S. Angele Princeps meus, Ora
S. Angele Admonitor meus
Ora pro nobis.
S. Angele Confultor meus,
Ora pro nobis.
S. Andele Tutor meus, Ora p
S. Angele Procurator meus,
S. Angele Amator meus, Ora
S. Angele Confolator meus
Ora pro nobis.

S. Angele Frater meus, Ora.
S. Angele Præceptor meus, Or:
S. Angele Paſtor meus, Ora.
S. Angele Teſtis meus, Ora.
S. Angele Adjutor meus, Ora.
S. Angele Vigil meus, Ora pro.
S. Angele Negotiator meus, O
S. Angele Interceſſor meus, O
S. Angele Suſceptor meus, Ora
S. Angele Gubernator meus, O
S. Angele Præſes meus, Ora
S. Angele Doctor meus, Ora
S. Angele Conſervator meus, Ora pro nobis.
S. Angele Prædicator meus, O..
S. Angele Jlluminator meus, Ora pro nobis.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Pater noſter, ſecretò.

V. Angelis ſuis Deus mandavit de te,
R. Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.
V. Domine exaudi orationem meam,
R. Et clamor meus &c.

OREMUS

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ineffabilis bonitatis

tuæ consiliô, cunctis Fidelibus ab utero Matris Custodem corporis & animæ specialem Angelum deputâsti: concede, ut quem mihi misericorditer tribuisti, sic observem & diligam, ut gratiæ tuæ munere, illiusq; custodiæ munimine protectus, in cœlesti Patria, vultum gloriæ tuæ cum illo, & cæteris Angelis merear contemplari. Per Dominum nostrum JESUM Christum &c.

Ad S. ANGELUM CUSTODE
Oratio.

SAlve Angele DEI, Princeps nobilissime, mi Custos & Protector amantissime, salve. Gaudeo,

deo, quòd tantam tibi dederit DEUS excellentiam, & te suâ gratiâ sanctificaverit; in qua donec gloriam obtineres, perseverâsti. Gratias ago Omnipotenti DEO pro beneficiis in te collatis; tibi verò pro iis, quæ in me confers, & pro amore ac voluntate, qua me custodis. Commendo tibi hodie, & in perpetuum, corpus, cor, & animam meam, memoriam, intellectum, & voluntatem, appetitus meos, & sensus omnes, ut me custodias, dirigas, protegas, & gubernes, ac simul purifices, illumines, ac perficias ita, ut omnibus bonis per te plenus perseverem semper in gratia donec

donec simul tecum Deum meum videam, & eo fruar in gloria, Amen.

OBLATIO.

S. Michaeli gratissima, sicut ipse cuidam Episcopo apparens asseruit.

PRinceps gloriosissime MICHAEL, Dux Cælestium Exercituum, susceptor animarũ, debellator malorum spirituum, Ecclesiæ Dei post Christum admirabilis, grandis excellentiæ, & virtutis Rector: omnes nos clamantes ad te, ab omni libera adversitate, & in omni cultu Dei facias proficere, tuô pretiosissimo officiô, & dignissimâ prece.

V. Ora pro nobis Sancte Michàél,

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne Deus, qui saluti humanæ naturæ, ex summa clementia tua, gloriosum Michàélem Archangelum mirabiliter deputàsti; concede propitiùs, ut ejus salutari subsidio hic mereamur ab omnibus hostibus defendi efficacissimè, & in obitu nostro ab omni tentatione liberari, tuæ excelsæ Majestati beatificè per eum præsentari. Per Christum Dominum nostrum, &c.

OFFICIUM
PARVUM
De S. JOSEPHO.

Ad Matutinum.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

DOmine labia mea aperies,
Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Deus in adjutorium meum intende,
Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio, &c.

Alleluja *vel*
Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

JOSEPH David Filius, clarâ ſtirpe natus,
JESU Chriſti Domini Pater nuncupatus.
Matris DEI Sponſus, Cælitùs vocatus,
Utriusque Cuſtos Cælo deſtinatus.

Antiph. Salve Patriarcharum decus, & Eccleſiæ Sanctæ DEi Æconome, cui panem vitæ, & frumentum Electorum conſervâſti,

V. Ora pro nobis Beatiſſime JOSEPH,

R, Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORE-

OREMUS.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur, ut, quòd possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Ad Primam.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

TU, qui Sponsam gravidam dolens, cùm videres:
Cogitabas anxius, an eam retineres;

Sed Cæleſtis monitor, nè am-
pliûs timeres,
In ſomnis admonuit, ut potiùs
gauderes.

Ant. Salve Patriarcharum &c.
V. Ora pro nobis Beatiſſime &c.
Oratio Sanctiſſimæ Genitricis
tuæ, &c.

Ad Tertiam.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c,

Hymnus.

BEthleem es profectus, cen-
ſum ſoluturus,
Cum prægnante Virgine, ubi
naſciturus
Erat mundi Dominus, quique
mox facturus, Ut

Ut ipsum infantulum esses amplexurus.

Ant. Salve Patriarcharum &c.

V. Ora pro nobis Beatissime &c.

Ad Sextam.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Deus in adjutorium meum &c.

Domine ad adjuvandum &c.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Sicut erat &c.

Hymnus.

CUm Herodes impius in pueros sæviret,

Gabrielis monitu, nè ampliùs dormiret.

Retulisti Sponsæ, sed tecum veniret,

Et acceptô parvulô, in Ægyptum iret.

Ant.

Ant. Salve Patriarcharum &c.
V. Ora pro nobis Beatiſſime &c.
Oratio. Sanctiſſimæ Genitricis tuæ, &c.

Ad Nonam.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

HOſtibus defunctis, indè receſſiſti,
Et in Galilæam tecum reduxiſti
Puerum & Sponſam, ſicut didiciſti
Cælitùs, in Nazareth humilis vexiſti.

Ant. Salve Patriarcharum &c.
V. Ora pro nobis Beatiſſime &c.

Ad

Ad Vesperas.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus

O Qui JESUM factum duodecim annorum!
Perdidisti, tuum lumen oculorum;
Sed inventum postea in medio Doctorum,
Custodisti Sedulus Regem Angelorum.

Ant. Salve Patriarcharum &c.
V. Ora pro nobis &c.
Orat. Sanctissimæ Genitricis &c.

Ad Completorium.

JESUS, MARIA. JOSEPH.

Con-

Converte nos Deus ſalutaris noſter,
Et averte iram tuam à nobis.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio &c.

Hymnus.

FElix, quem in ulnis JESUM cum MARIA,
Tenuit cubantem, dum in agonia
Spiritum efflares, ut directâ viâ
Tenderes ad Patres, functus vitâ piâ.

Antiph. Salve Patriarcharum &.
V. Ora pro nobis &c.

Oremus.

SAnctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meri-

meritis adjuvemur, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum DEO Patre, in unitate Spiritûs Sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Commendatio.

HAs horas Canonicas cum attentione
Dixi: S. JOSEPH, tui ratione,
Ut sis memor mei in oratione,
Et vivamus simul in Cœli regione, Amen.

HYMNODIA
De Sancto
JOSEPHO.

I.

SAlve Pater Salvatoris,
Salve Custos Redemptoris,
JOSEPH ter amabilis.
Salve Sponse Matris DEI,
Salve Hospes JESU mei,
JOSEPH ter mirabilis.

II.

Dulces cunæ, dulces panni,
Dulces dies, dulces anni,
Dum nutristi Dominum.
O quàm fuit admiranda
Tua vita veneranda,
Habens DEI Filium.

III.

JESUM oculis vidisti,
Et in brachiis tulisti,
O suavis felicitas!

Genis

Genis genas admovisti,
Oscula dans, accepisti,
O felix svavitas !

IV.

Modò DEUM appellâsti,
Modò Regem nominâsti,
Inter mille gaudia.
Modò Patrem adorandum,
Modò Natum adamandum,
Inter mille basia.

V.

JESUM brachiis tenere,
Atque totum possidere,
O quantæ divitiæ!
Cum MARIA conversari,
DEI Natum amplexari,
O quantæ deliciæ!

Quis

VI.

Quis est homo, qui amare,
Atque JEsulum portare,
Nollet suis brachiis?
Nullus est, qui non ambiret,
Et qui cunas non adiret,
Pro tantis deliciis.

VII.

O mi JOSEPH plus amande,
Et præ cunctis honorande,
O flos pudicitiæ!
Tibi tanta sors est data,
Quanta nulli est collata,
Ab Auctore gratiæ.

VIII.

O felicem & beatum,
Custodiri cui est datum,
Tuo sub præsidio.

Et qui

Et qui meruit habere
Te Patronum, & gaudere
Tuô Patrociniô.

IX.

Per MARIÆ tuæ Matris
Preces, & JOSEPHI Patris,
JESU tu nos adjuva.
Ut possimus te videre,
Et æternum possidere
In Cælesti Patria, Amen,

V. *Valde honorandus & amandus est Beatus Joseph,*

R. *Inter cujus brachia Dominus recubuit.*

OREMUS

OMnipotens sempiterne Deus, qui B. Josephum, justum Filium David, Beatissimæ Virgini

gini MARIÆ Sponſum providiſti, & Filio tuo JESU Chriſto Nutritium elegiſti; da quæſumꝰ, ut ejus precibus & meritis, tranquillâ pace lætemur, & ad perpetuæ viſionis tuæ conſolationem perducamur. Per eundem Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti DEUS, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

LITANIÆ
de Sancto
JOSEPHO.

KYrie eleyſon, Chriſte eleyſõ Kyrie eleyſon.

Chriſte

Christe audi nos,
Christe exaudi nos.
Pater de Cælis Deus, Miserere,
Fili Redemptor mundi DEUS.
Miserere nobis.
Spiritus S. DEUS, Miserere n.
SSS. Trinitas unus DEUS, Mi:
S. MARIA, Regina totius mũdi,
Ora pro nobis.
S. Joseph B. Virginis Sponse,
Ora pro nobis.
S. Joseph in Ventre Matris justificate, Ora pro nobis.
S. Joseph à peccato mortali immunis facte, Ora pro nobis.
S. Joseph Patriarcharum culmẽ,
Ora pro nobis.
S. Joseph inter omnes in Virginis connubium electe, Ora.

S. Jo-

S. Joſeph ineffabili benedictio-
ne donate, Ora pro nobis.
S. Joſeph, cui Regina Cæli mi-
niſtravit, Ora pro n.
S. Joſeph, Chriſti Pater vocate,
S. Joſeph, Chriſti Nutritie fide-
liſſime, Ora pro.
S. Joſeph, Chriſti tutor aman-
tiſſime, Ora pro.
S. Joſeph, Chriſti Pueri poſt
Virginem adorator prime,
S. Joſeph, qui Chriſtum ab He-
rode liberâſti, Ora.
S. Joſeph, qui Virginem tradu-
cere noluiſti, Ora.
S. Joſeph, Chriſto & Matri ſi-
millime, Ora pro n.
S. Joſeph, Spiritûs Sancti donis
abundantiſſime, Ora pro.

S. Jo-

S. Joseph, Vir Angelice, Ora pro nobis.
S. Joseph, qui monitione Custodis Angeli in Christo curam exercuisti, Ora.
S. Joseph, qui ut Angelus divina oracula retulisti, Ora.
S. Joseph, qui ùt Principatus Christum magni Consilii Angelum gubernasti, Ora pr:
S. Joseph, qui ut Virtus Minister Christi fuisti, Ora.
S. Joseph, Dominationibus major, cui Rex & Regina Cælorum inserviunt, Ora.
S. Joseph, in cujus brachiis & gremio, tanquam in throno Christus insedit, Ora.
S. Joseph, qui ùt Cherubin Vir-

 ginis

ginis paradiſi cuſtodiam ha-
buiſti, Ora

S. Joſeph, Vir Seraphice, Or
pro nobis.

S. Joſeph, Contemplator al-
tiſſime, Ora pro nob

S. Joſeph, inter brachia Chri
defuncte, Ora pro n

S. Joſeph, Angelici concent
auditor, Ora pro n

S. Joſeph, ad limbum Patru
Chriſti præcurſor, Or

S. Joſeph, qui cum Chriſto in-
ter alios reſurrexiſti, Or
pro nobis.

S. Joſeph, qui peculiaribus glo
riæ donîs frueris, Or

S. Joſeph, Patrone & defenſo
noſter dulciſſime, Ora p

Per

Per Passionem dulcissimi Filii tui, Exaudi populum tuum Domine.

Per Virginitatem dilectæ Matris Filii tui,
Salvum fac populum tuum Domine.

Per fidelitatem Sponsi Josephi,
Protege populum tuum Dñe.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.

Pater noster &c.

V. Et ne nos inducas in tentationem,

R. Sed libera nos à malo.

Antiph. Hic Vir despiciens mundum, & terrena triumphans, divitias Cælo condidit ore, manu.

Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS

OMnipotens & mitissime Deus, qui Beatum Joseph, justum Filium David, Beatæ MARIÆ Virgini, tuæ Matri, Sponsum providisti, & tuum Nutritium elegisti; da quæsumus, ut ejus precibus & meritis Ecclesia tua tranquillâ pace lætetur, & ad perpetuæ visionis tuæ consolationem perducatur. Qui vivis, &c.

V. Ora pro nobis Beatissime JOSEPH,

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi,

ORA-

ORATIO.

VIrginum Custos & Pater Sãcte Josephe, cujus fideli custodiæ, Ipsa innocentia Christus JESUS, & Virgo Virginum MARIA, in terris commissa fuit, te per utrumque charissimum pignus tuum, JESUM & MARIAM obsecro & obtestor, ut me ab omni immunditia præservatum, mente intaminata, puro corde, & casto corpore, Jesu & Mariæ semper facias castissimè famulari, Amen.

Alia pro animi & corporis puritate conservanda.

O Sanctissime Josephe, Nutritie JESU Christi, ego hu-

millimus cliens tuus, animi & corporis mei castitatem singulariter tibi commendo, & rogo te per Paternam JESU custodiam, & puritatem tuam, ut me eidem JESU Christo Filio tuo, & Agno immaculato, ejusque vigilantissimæ Matri, Immaculatissimæque Virginum Virgini MARIÆ commẽdare digneris, & ab omni graviore peccato custodire. Ne permittas me ulla unquam impuritatis labe fœdari: sed cùm primùm in tentatione, & peccandi periculo constitutum me videbis, abige procul à corde meo cogitationes, & affectus omnes immundos, & injectâ memoriâ æternita-

nitatis, & Christi Crucifixi, imprime mihi medullitus ô mi Josephe! sensum timoris Domini, & divini amoris in me ignem accende, Amen.

OFFICIUM
PARVUM
De Sancta
CATHARINA V. M.
Patrona Studiosorum.

Ad Matutinum.

DOmine labia mea aperies, Et os meum annunciabit laudem tuam.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hy-

Hymnus.

AVe Virgo CATHARINA,
Ave Martyr & Regina,
Ave Sponſa Chriſti vera,
Ave mitis & ſincera,
Ave Virgo Deo digna,
Chriſti prece me conſigna,
Preces audi, juva votum,
Cor in bono ſit immotum.

Ant. Hæc eſt Virgo ſapiens, & una de numero prudentium, quam Dominus vigilantem invenit.

V. Ora pro nobis Sancta Catharina,

R. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORATIO

Deus,

DEUS, qui dediſti legē Moyſi in ſummitate montis Sinai, & in eodem loco per Sanctos Angelos tuos corpus Beatæ Catharinæ Virginis & Martyris tuæ mirabiliter collocâſti; quæſumus, ut ejus meritis & interceſſione, ad montem, qui Chriſtus eſt, pervenire valeamus. *Per* eundem Dominum noſtrū Jeſum Chriſtum &c.

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

CHriſtus faxit cor contritum,
Regat viſum, & auditum,
Regat guſtum, & olfactum,

Per

Per te Virgo regat actum:
Ut in cunctis te petente,
Vivam Deo purâ mente.
Ant. Hæc est Virgo &c.
V. Ora pro nobis &c.
Orat. Deus, qui dedisti &c.

Ad Tertiam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

O Beata Catharina!
Babylonis de sentina
Juva rapi me clientem,
Christo præsta servientem.
Christum pro me fac appella,
Salvet mortis de procella.
Ant. Hæc est Virgo &c.
V. Ora pro nobis &c.

Oratio

Oratio. Deus, qui dediſti &c.

Ad Sextam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SUperare juva mundum,
Nè demergat in profundum:
Ne permittat naufragari
In peccatis, in hoc mari.
Virgo Dei nunc memento,
Quo labore, quo tormento
Regnum Dei meruiſti,
Et ſic Cælos aſcendiſti.

Antiph. Hæc eſt Virgo &c.
V. Ora pro nobis &c.
Orat. Deus, qui dediſti &c.

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum &c.

Domi-

Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

IN conſpectu Virgo Dei
Memor eſto, precor mei,
Memor eſto ſupplicantis,
Ut de malis lever tantis.
In peccatis conſtitutus,
Mille malis involutus,
Per te precor expediri:
Vellem ſcelus impediri.

Antiph. Hæc eſt Virgo &c.
V. Ora pro nobis &c.
Oratio. Deus, qui dediſti &c.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio &c.

Hy-

Hymnus.

TU me vise tunc infirmum
Fac, ut Christus faxit firmũ
Agonista Dei fortis,
Esto præsens horâ mortis;
Decumbentem fove, leva;
Fac de morte salver sæva,
Ut resurgam novus homo
In cælesti civis homo.

Ant. Hæc est Virgo sapiens &c.
V. Ora pro nobis &c.
Oratio. Deus, qui dedisti &c.

Ad Completorium.

Converte nos DEUS salutaris
Noster.
Et averte iram tuam à nobis.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

CUm postrema venit hora,
Adsis Virgo tunc decora,
Non me duplex mors infestet,
JESUS Christus illud præstet:
Tua prece exoratus,
Voto tuo imploratus,
Idem Pater, idem Natus
Det, Mariæ dulcis Gnatus:
Idem donet summum Flamen,
Quod cum illis regnat. Am.

Ant. Hæc est Virgo, &c.
V. Ora pro nobis &c.
Orat. Deus, qui dedisti, &c.

HYMNUS
ad Sanctam CATHARINAM.

GAude Virgo Catharina,
Quam refecit lux divina

Ter quaternis noctibus.
Gaude, quòd tuâ doctrinâ
Philosophos à ruina
Traxisti, & erroribûs.
Gaude, quia meruisti,
Confortari voce Christi,
Per preces divinitùs.
Gaude, quia convertisti,
Sponsam Regis, & vidisti
Rotas fractas cælitus.
Gaude sertis coronata,
Et in Sina honorata,
Olei stillamine.
Esto nobis advocata
Apud Deum, Virgo grata,
In nostro certamine.

V. *Diffusa est gratia in labiis tuis,*
R. *Propterea Benedixit te Deus in æternum.*

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne Deus, ineffabilem miſericordiam tuam ſuppliciter deprecamur; ut ſicut liquor de membris Beatæ Virginis & Martyris tuæ Catharinæ jugiter manans, langvidorum corpora ſanat: ſic ejus ſancta Oratio à nobis omnes iniquitates expellat: graves tentationes, & impugnationes dæmonis compeſcat: omnia mala à nobis avertat, in bono confortet, certantes in agone confirmet, & feliciter ex corpore hoc mortali egreſſos, tuæ Majeſtati in Regno Cælorum præſentet. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum &c.

ORATIO,
Ad Sanctam CATHARINAM, pro profectu in literis.

O Sancta Catharina Virgo & Martyr, Christi Sponsa fidelissima! rogo te per illas gratias & favores speciales, quibus te prævenit dulcissimus Sponsus tuus JESUS, ut superatis Tyranni lenociniis, sapientiâ tuâ quinquagenos vinceres Philosophos, eosq; cælesti imbutos doctrinâ, ad veræ fidei lumen perduceres, impetra mihi cum cælesti temporalem quoq; sapientiam, ut devictis infernalis Tyranni fraudibus, mundiq; & carnis blanditiis, aptum Divinæ gloriæ, fideique Catholicæ pro-

propagandæ inſtrumentum evadam, ac tandem tecum JESUM, Ducem noſtrum laudem, & benedicam in omnem æternitatem, Amen.

OFFICIUM
PARVUM
De
S. BARBARA, V. & M.

Ad Matutinum.

DOmine labia mea aperies,
Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Deus in adjutorium meum intende,
Domine ad adjuvandum &c.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hy-

Hymnus.

Cœperat solis jubar albicare,
Cœperat terris radiare lumẽ;
Diva cùm plenum tenebris revisit
Barbara claustrũ.

Sed sator lucis Deus, & diei,
Plenus affluxit rutilante luce;
Plenus affluxit miserationum,
Fluminis instar.

Cincta nec tantùm fuit illa luce,
Sed voluptates etiam beatas,
Inter, & circùm penetrale cordis
Barbara sensit.

Sit tibi grates Pater, atq; laudes,
Nulla te Fili taceat vetustas,
Spiritûs Sancti penetret per omnes
Gloria terras.

Antiph. O quàm pulchra est

caſta generatio cum claritate; immortalis eſt enim memoria illius, quoniam apud Deum nota eſt, & apud homines.

V. Ora pro nobis ſinè mora S. Virgo Barbara,

R. Ut ſimus digni ex hac hora ſemper Chriſti gratiâ.

V. Domine exaudi &c.

R. Et clamor meus &c.

ORATIO.

OStende nobis Domine, quæſumus tuæ pietatis miſericordiam, quam in Sancta Virgine & M. tuâ Barbarâ piè & miſericorditer oſtendiſti: ut ipſius precibus & meritis à ſubitanea, & improviſa morte liberemur, & ante diem & horã

exitûs

exitûs noſtri, tui ſacratiſſimi Corporis & Sangvinis, ſacræq; unctionis SACRAMENTIS ſalubribus muniamur; eaque intercedente ab omni hoſtium incurſu protegamur, & ad te piâ devotione, & lætitiâ perducamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

PLenus irarum Pater, & Deorum,
Filiam ſævum rapit ad tribunal,
Urget ut ſuplex veneretur aras,
Filia thure.

Barbaris quamquam cruciata pœnis,
Non tamen juſſis gerit obſequelam:
Stat ſuis verbis, fideique leges,
Barbara ſervat.

Sint tibi grates &c.

Antiph. O quàm pulchra &c.

Orat. Oſtende nobis &c.

Ad Tertiam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus,

SAcra cùm Virgo venit ad tribunal,
Impius judex tonat inter enſes,
Audet in veræ Fidei Parentem
Fundere probra.

Ni Jo-

Ni Jovem Virgo precibus fatiget,
Impius Judex gladium minatur,
Virgo ſed flocci facit imperatũ
Judicis enſem.
Sint tibi grates &c.
Antiph. O quàm pulchra &c.
V. Ora pro nobis ſine &c.
Oratio. Oſtende nobis Domine &c.

Ad Sextam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

VIrgo Divorum ſacra cùm tuetur,
Nuda crudeli laceratur ictu:
Manat è membris cruor, & cru-

ore Terra madeſcit.
Acriter quamvis laniata Virgo,
Non tamen mentem laniata mutat,
Carcerem viſit Deus & medelis
Vulnera curat.
Sint tibi grates &c.

Antiph. O quàm pulchra &c.
V. Ora pro nobis ſine &c.

Oratio. Oſtende nobis Domine &c.

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SIt licèt Virgo ſatiata pœnis,
Non tamen pœnis ſaturata mens eſt.

Judicis,

Judiciis, ferrum jubet expediri.
Judicis ira.
Virginis ferrum venit in mamillas,
Virginis flãmæ veniunt in artus
Virginis pugno quatiuntur ora
Numinis ergò
Sit tibi grates &c,

Antiph. O quàm pulchra &c.

V. Ora pro nobis sinè &c.

Oratio *ut supra.*

Ad Vesperas.

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri & Filio, &c.

Hymnus.,

AVe Martyr gloriosa,
Barbaraque generosa,
Paradisi vernans rosa,
Castitatis lilium.

Ave

Ave Virgo pulcha tota,
Charitatis fonte lota,
Dulcis, mitis, & devota,
Vas virtutum omnium.
Ave criminis ignara,
Sponſum audis voce clarâ,
Veni pulchra, veni chara,
Veni, coronaberis.
Ave Barbara ſerena,
Pulchra quaſi luna plena,
Singulari cantilenâ,
Sponſum Agnum ſequeris.
Ave Barbara Beata,
Quæ cum Sponſo præparata,
Nuptiarum ad optata
Introiſti gaudia.
Ave fulgens Margarita,
In corona JESU ſita,
Tam in morte, quâm in vita,
Sis

Sis nobis propitia, Amen.

Antiph. O quàm pulchra &c.

V. Ora pro nobis &c.

Oratio. Oſtende nobis Domine &c.

Ad Completorium.

Converte nos Deus ſalutaris noſter,

Et averte iram tuam à nobis.

Deus in adjutorium meum &c

Domine ad adjuvandum me &c

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

VIrgo crudeli Patris icta ferro,
Virgo mortali ſpoliata vitâ,
Auget aſtrorum ſacro tecta donis, Auget & orbem.
Membra nam ſervat tumulata mundus,

Spi-

Spiritus verò nitet inter astra,
Et serenata sinè fine cernit
Numinis ora.
Sint tibi grares &c.
Ant. O quàm pulchra &c.
Oratio. Ostende nobis &c.

ORATIO.
Ad Sanctam BARBARAM.

SUplico tibi Sanctissima Virgo & Martyr Christi BARBARA, ut subvenias mihi famulo tuo in omnibus necessitatibus & angustiis meis, ad te enim suspiro, ad te etiam oculos meos, & cor meum dirigo, te mihi in advocatam eligo, tuæ protectioni animam, & corpus meum committo. Tu clemen-

clementiſſima Virgo, eſto mihi indigno famulo tuo in tribulatione ſolatium, in omni perturbatione refugium. Circumda me tuæ defenſionis murô inexpugnabili contra omnes inimicos meos viſibiles, & inviſibiles, & contra omnia pericula corporis & animæ, & eſto mihi auxiliatrix ſpecialiſſima apud miſericordem Deum, ut non ſecundùm merita mea ſinat me puniri, ſed per tuum interventum conſequi merear tecum in cæleſtibus gaudere, Amen.

Alia Oratio.

O Sanctiſſima Virgo BARBARA, quodcunque Sponſi

tui

tui viribus potes mihi in mortis articulo obſecro, ut ſuppedites. Adjuva me miſerum, ne in peccatis moriar. Effectum tunc habeat tuâ interceſſione primitus à Chriſto tibi facta promiſſio cùm fidem ejus Sangvine tuo conſecrares. Redeat in memoriam Sponſo tuo, virgineus collô tuô exuberans ſangvis, recordetur ardentiſſimæ tuæ charitatis: nec animam meam à corpore exire permittat, niſi Confeſſione expiatam, & SS. Euchariſtiæ Sacramento refectam, Amen.

Hac Oratione Henricus Kock ad oſſa usq; exuſtus, optinuit eſſe ſuperſtes, uſq; dum confiteretur, & communicaret. OF-

OFFICIUM De S. JOANNE NEPOMUCENO

Pœnitentium, & famâ Periclitantium

PATRONO.

SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS.
Dominus DEUS Sabaoth: pleni sunt Cæli & terra gloriâ tuâ.

Ad Matutinum.

DOmine labia mea aperies,
Et os meum annuntiabit laudem tuam.
Deus in adjutorium meum intende,
Domine ad adjuvandum me festina. Gloria

Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio, &c.
Alleluja. *vel*
Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

ORbi Nepomucum dedit,
Te Joannes ſuum credit
Patronum Bôëmia;
In qua ſuæ pietatis,
Admirandæ Sanctitatis,
Coruſcant inſignia.

V. Domine, nè elongaveris Auxilium tuum à me.
R. Ad defenſionem meam conſpice.

OREMUS

DEUS, cujus ſoli debetur omnis honor & gloria, per glorio-

gloriosa merita S. Martyris tui Joannis Nepomuceni te suppliciter exoro, ut omnem infamiam & confusionem publicam, undecunq; mihi impẽdentem, misericorditer avertere digneris, & concede sic uti honore temporalî, ut æternam confusionem evadere, & in cælesti gloria merear collocari, Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui ab æterna confusione, ignonimiosâ morte Crucis nos redemit, & nunc tecum vivit & regnat Deus.

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Alleluja. *vel*

Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

DEI Mater impetravit,
Quòd ſis, mirè procuravit,
Natus thorô ſterili.
Flammæ Cæli confirmârunt,
Prolem Sanctam te monſtrârunt,
Signo non fallibili.

V. Ad te Domine levavi animã meam,

R. Deus meus, in te confido; non erubeſcam.

Oratio ut ſupra.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum me &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluja *vel* Laus

Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

VIx Sacerdos ordinatus,
Es ferventer mox zelatus
Solam DEI gloriam.
Divinum ſemen ſparſiſti,
Populos poſt te traxiſti,
Per miram facundiam.

V. Cuſtodi animam meam, & erue me.
R. Non erubeſcam, quoniam ſperavi in te.

Oratio *ut ſupra.*

Ad Sextam.

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluja. *vel*
Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ. *Hy-*

Hymnus.

TE Reginæ Confessorem,
Virtus fecit, & Censorem
Mirandæ prudentiæ.
Ab hac Pater vocitatus,
Unus suæ declaratus
Testis conscientiæ.

V. Suscipe Domine secundùm eloquium tuum.

R. Et non confundas me ab exspectatione mea.

Oratio *ut supra.*

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluja. *vel*
Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Hy-

Hymnus.

SÆvus piger Imperator,
Malorum clarus patrator,
Pollicetur pessima.
Ni quæ dixit Sacramento,
Tu propales in momento,
Uxoris peccamina.

V. In te Domine speravi, non confundar in æternum.

R. Injustitia tua libera me.

Oratio ut supra.

Ad Vesperas

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluja. *vel*
Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

ARcanum custodivisti,
Ob quod lætus subivisti,
Tormentorum genera.
Aquis tandem suffocatus,
Effectus quòd sis Beatus,
Prodiderunt sidera.

V. Intende animæ meæ, & libera eam,
R. Propter inimicos meos eripe me.

Oratio *ut supra.*

Ad Completorium.

Converte nos Deus salutaris noster,
Et averte iram tuam à nobis.
Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluja. *vel*

Laus

Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

TUmulatus nec quiescis.
Et in dies illucescis
Præclaris miraculis.
Es certus famæ Patronus
Nos à malæ famæ pronus,
Defendas periculis.

V. Domine, non confundar,
R. Quoniam invocavi te,

Oratio *ut supra.*

COMMENDATIO.

SUscipe quas dedimus, Joannes beate,
Tibi preces supplices, noster Advocate.
Fieri, dum vivimus, nè sinas infames,

Et noſtros poſt obitum cælis infer manes.

LITANIÆ
De S. JOANNE NEPOMUCENO

Cujus memoria 16 Maji colitur.

KYrie eleysō, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miſerere
Fili Redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus Sancte Deus, Miſerere
Sancta Trinitas unus Deus, Miſerere nobis.
S. MARIA, Ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix, Ora pro.
Sancta Virgo Virginum, Ora.
Saucte JOANNES NEPOMU-
CENE, Ora pro nobis.
Lachrymis & precibus ſenum
tuorum Parentum ad B. V.
Mariam fuſis nate, Ora pro.
Viſibili coruſcâ luce in natali
tuo à Cælo honorate, Ora.
Unigenite ſolatium & gaudium
tuorum Parentum, Ora pro.
Impiger miniſter Sancti Altaris,
Ora pro nobis.
Vir Apoſtolice, Ora p:
Lumen Eccleſiæ Pragenſis, Ora.
Speculum & Norma Confeſſa-
riorum, Ora pro.
Elèëmoſynarie liberaliſſime,
Ora pro nobis.

Refugium pauperum, Ora.
Conſolator afflictorum, Ora.
Expugnator hæreſum, Ora.
Tuba legis Evangelicæ, Ora.
Dignitatum & honorum Contemptor, Ora pro nobis.
A teneris ungviculis ardentiſſime Mariophile, Ora pro n.
Orator eloquentiſſime, Ota pr.
Prædicator zeloſiſſime Ora.
Salutis animarum cupidiſſime, Ora pro nobis.
Multos ad pænitentiam convertens, Ora pro nobis.
Sanctimoniæ Prototypon. Ora pro nobis.
Vas puritatis mundiſſimũ, Ora.
Roſa patientiæ, Ora.
Spiritu propheticô imbute, Ora pro nobis.
Sigilli

Sigilli Confeſſionis Sacramentalis Cuſtos invictiſſime, Ora pro nobis.

Ad frangendum hoc ſacrum Sigillum fruſtrà blanditiîs & minîs ſolicitate, Ora pro n.

Ante & poſt torturam, Confeſſionem Auguſtæ propalare recuſans, Ora pro n.

Eligens potiùs mori, quàm minima Confeſſionis ſecreta prodere, Ora pro n.

In tormentis perferendis patientiſſime, & conſtantiſſime, Ora pro nobis.

Ad mortem te ſanctè ſemper diſponens, Ora pro.

Jllatas tibi injurias patienter ferens, Ora pro nobis.

Mar-

Martyrii cupidissime, Ora pro.
Ob sigillum Sanctæ Confessionis integrè servatum, in Moldavam flumen præcipitate, Ora pro nobis.
Martyr Dei inclyte, Ora pro.
Post mortem luminibus noctu supra aquam juxta Corpus tuum coruscantibus à DEO manifestate, Ora pro nobis,
Cujus sepulchrum miraculis gloriosum, Ora pro.
Bohemorum Thaumaturge, & Patrone, Ora pro n.
Nobile depositum Urbis Pragenæ, Ora pro nobis.
Patrone singularis famâ periclitantium, Ora pro n.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi,

mundi, Parce nobis &c.
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos.
Pater noſter, Ave Maria.
V. Ora pro nobis B. Joannes Nepomucene,
R. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMUS.

ADeſto Domine precibus noſtris, quas in memoriam Beati Joannis Confeſſoris fundimus; ut ejus interceſſione, & meritis ab infamia & temporali deriſu liberati, ante obitum confeſſi, & pœnitentes, ad æternæ beatitudinis portum venire mereamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

ALIA ORATIO.

OMnipotens & miſericors DEUS, concede propitius, ut qui in meritis Divi Joannis Nepomuceni confidimus, ejus potenti interceſſione ex omni infamia, & confuſione publica, tam temporali, quàm æternâ, hujus & alterius vitæ, & vel maximè ex imminenti, tali N. N. per piiſſimam miſericordiam tuam eruamur. Per JEſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Commendatio ad S. Joannem Nepomucenum.

O Sancte Joannes Nepomucene, Patrone mi veneror te in gloria cæleſti aureâ coronà

tonâ immortalitatis amictum, & inter Filios Dei computatū. Simul etiam ad te confugio, orans ſupplex, ut me tibi à divina bonitate commiſſum hodie, & totâ vitâ meâ, tuô patrociniô protegas, & à pudore mundano cuſtodias, Amen.

Alia Oratio.

DEUS cordis mei, ſine cujus nutu nè capillus quidem de capite noſtro perit; te per glorioſa merita fidelis tui ſervi Joannis Nepomuceni (qui de Ponte Pragenſi in Moldavam dejici & mergi maluit, quàm Sacroſanctum Confeſſionis ſigillum Regi revelare) ſuppli-

citer

citer oro, ut in hoc tibi noto honoris mei manifesto periculo mihi pro benignitate tua subvenire, meque ab omni confusione ac infamia eruere digneris, nè gaudeant super me inimici mei. Sic per preces S. Joannis Nepomuceni spero, sic in tua misericordia confido DEUS, qui es benedictus in sæcula, Amen.

DEVOTIO
Ad Sanctum JUDAM THADÆUM APOSTOLUM.

SAnctus JUDAS piæ quidam personæ spectabilis; non sinè que-

querulo animi sensu testatus fuit: nimirum paucos se ex omni hominum sorte cultores numerare, cùm tamen DEUS plurimas iis, si qui forent, gratias præparaverit. Experti id sunt plurimi, maximè, qui in rebus desperatis, ac pravis cogitationibus repellendis, ejus opem implorarûnt. Et quid non à DEO magnus iste Sanctus impetrare valeat, qui non solùm Parentem utrumque, fratres ternos, & binas sorores, cum totidem nepotibus, sanctitate conspicuos est sortitus, sed arcta cum Christo ipso cognatiõe cõjunctꝰ, & cum eodẽ educatus fuit.

Hic Coapostolis omnibus prior Evangelium prædicavit: Judæam, Galilæam, Samariam, Persidem, Idumæam, Arabiam, Syriam, Mesopotaniam eo fructu peragravit, ut in Syria cum Rege [quem per aquam Baptismi à lepra mundavit) plurimos converterit; in Babylone Regem cum 60 hominum millibus baptizaverit, ubique prodigiis clarus, solâ præsentiâ idolis indixit silentium, interceptam videndi, loquendique facultatem signo crucis restituit, serpentes innoxia manu tractavit. Verbo: Divo huic omnes creaturæ in miracula obtemperavêre,

ravêre, quæ omnia morte gloriosa, fustibus interemptus, coronavit. Qvi tanta fecit in vita, majora præstabit in gloria, modò tu ejus patrocinium constanti cultu demerearis.

Antiphona.

Qui timet DEUM, faciet bona; & qui continens est justitiæ, apprehendet illam, & obviabit illi, quasi Mater honorificata, *Eccl.* 51.

S. JUDA Patrone fidelissime Placato nobis Deum clementiæ.

OREMUS.

DEUS, cujus bonitas, & clementia exhauriri non potest,

teſt, aures benignitatis tuæ famulorum famularumque tuarum precibus inclina, & præſta; ut omnes, qui te in Apoſtolo tuo JUDA Thadæo devotè recolunt, meritis ejus efficacibus petitionis ſuæ effectum conſequantur, Amen.

ORATIO
AD
S. JUDAM APOSTOLUM.

Sancte JUDA ora pro me,
Et omnibus, qui colunt te.

Oremus.

GLorioſe Chriſti cognate Apoſtole & Martyr, S. JUDA, qui vaſtiſſimis in regionibus fidem efferatis gentibus diſſemi-

nasti virtutibus ac miraculis clarus innumerabiles filios JESU Christo peperisti; per illum, qui te sibi Apostolum adscivit, precor, ut me miserum à consvetudine peccatorum meorũ abstrahas, à cogitationibus immundis, me tuìs meritîs præserves, & in rebus desperatis tuô mihi adsis patrociniô; ac tandem ad cælestem gloriam tuis precibus evehas, ubi Sancta Trinitas adoratur in Patre, Filio, & Spiritu Sancto, Amen.

DEVOTIO
Ad Sanctum
D. I S M A M.
Pænitentem Latronem Magnum.

Agonizantium Patronum.

NEc minùs mirabilis in Sancto DISMA Latrone fuit DEUS, quem poſt ſcelera ad eum ſanctitatis gradum ſublimavit, ut è Latrone & Confeſſor, & Defenſor Chriſti, & Martyr juxta Sanctum Auguſtinū, Propheta, juxta Sanctum Chriſoſtomum; Evangeliſta, juxta Sanctum Athanaſium, & juxta Sanctum Ambroſium primitiæ Crucis Chriſti effectus, primus Paradiſi januas ingredi promeruerit. Cui id ſpecialiter à Deo conceſſum videtur, ut ſeriæ pænitentiæ, & gratiæ finalis impetrandæ Patronum agat. Quantum proinde tibi bona

mors

mors est in votis, tantundem sit devotio erga magnum hunc Sanctum commendata. Complures pro felici morte per eum obtinenda, anniversariuum ejus comemorationis 25 Martii ferventiùs recolunt; alii eum singulis sextis feriis, quâ hic conversus feliciter obiit, venerantur. Quare Sanctum ut ames, venereris, & longum æternitatis iter ingressurus, viæ comitem eligas, hortor. Hic te ducet optime, qui primus ad Cælum viam invenit; hunc si sequeris recta ad Paradisum pervenies quot tibi, mihique unicè opto.

Antiphona. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis. *Apoc.14.*

O DISMA Latro pænitens,
Lectissime Patrone,
Sis mihi Tutor moriens,
Dum luctor in agone.

ORATIO.

SAncte DISMA, qui mirâ Dei Providentiâ ex nefario Latrone in eximium pænitentiæ speculum evasisti, & paucas intra horas æterna tibi gaudia comparasti, aspice de sublimi gloriæ tuæ throno in hanc vallem mirabilis mentis humanæ fragilitatis, ad malum semper quàm ad bonum, magis proclivis

clivis: recordare & prò nobis ad DEUM appella, ut ſicut per gratiam ſuam efficacem ac pœnitentiam, & Paradiſi cæleſtis gloriam te perduxit, ita nos famulos tuos, famulas eàdem efficaci gratià ad dignos pœnitentiæ fructus impellat, & peccata tecum abolentes, piè tibi commoriamur, ac unà tandem DEO ſalutari noſtro perenniter exultemus, Amen.

LITANIÆ
De mirabili Sancto Pœnitente Latrone
DISMA.

Kyrie eleyſõ, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Christe audi nos,
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi DEUS, Miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, Miserere.
Sancta Trinitas unus DEUS, Miserere nobis.
S. MARIA, Refugium peccatorum, Ora pro nobis.
S. DISMA Latro pænitens, Ora pro nobis.
S. DISMA Probe Christi Discipule, Ora pro nobis.
S. DISMA, quem Christus horâ sextâ convertit, Ora.
S. DISMA, qui mediâ horâ ex nequã perfectissim9 evasisti,

S. DI-

S. DISMA, Martyr & Collega Christi Martyrii, Ora.
S. DISMA, in Sangvine tuo baptizate, Ora pro.
S. DISMA testis innocentiæ Christi, Ora pro.
S. DISMA, Camille & Minister Christi in Sacrificio, Ora.
S. DISMA, Primitiæ Crucis Christi atq; credentium, O.
S. DISMA, ut latro crucifixe, & repente Evangelista facte, Ora pro nobis.
S. DISMA, ex Latrone Propheta, & ex Cruce Prædicator, O.
S. DISMA, coram magna multitudine hominum, Christum Messiam è Crucis suggestu prædicans, Ora.

S. DISMA, Concionator illuſtris Ora pro nobis.

S. DISMA, qui Chriſtum, quẽ Petrus negavit, confeſſus es, Ora pro nobis.

S. DISMA, cui precibus ſuis Beatiſſima DEI Genitrix MARIA converſionem impetravit, Ora pro.

S, DISMA, Latroni blaſphemãti ſilentium imponens, Ora.

S. DISMA, qui in Cruce confeſſus es peccata tua, Ora,

S. DISMA, qui plenariam Indulgentiam, quoad pænam & culpam, à Chriſto conſecutus es, Ora pro nobis

S. DISMA, cui Chriſtus ipſemet

in

in Cruce Paradisum promisit, Ora pro nobis.

S. DISMA, qui præcipuas virtutes. Fidem, Spem, Charitatem in Cruce acceptas cõservasti, Ora pro.

S. DISMA, magna aquila per àërem volans in Paradisum, Ora pro nobis.

S. DISMA, cui voluntas bona in Cruce profuit, Ora.

S. DISMA, qui prior, quàm Apostoli ad Paradisum pervenisti, Ora pro.

S. DISMA, primogenite Fili Christi Crucifixi, Ora pro.

Ut veram nobis contritionem, dignamque peccatorum satisfactionem à DEO impe-

trare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut gratiam nobis, noxium in confuſione pudorem abiiciendi obtinere digneris, Te rogamus audi nos,

Ut meritis tuis à lethalibus nos DEUS noxis præſervare, & veniales clementer indulgere dignetur, Te rogamus audi nos.

Ut gratiam nobis in vera Catholica fide vivendi ac moriendi obtinere digneris, Te rogamus audi nos.

Ut hoſtes infernales in puſillanimitatem, vel deſperationem nos deturbare non prævaleant,

valeant, Te rogamꝰ audi nos

Ut firmam nobis à Deo ſpem, & filialem in merita Chriſti fiduciam impetrare digneris Te rogamus audi nos.

Ut DEI roborati gratiâ, omnē erga proximum rancorem, odium, ac inimicitiam deponere valeamus, Te rogamus audi nos.

Ut mentes noſtræ te intercedente igne divini amoris accendantur, Te rogamus audi nos.

Ut omnes langvores, & dolores à benigna DEI manu, humiliter acceptare, & patienter perferre poſſimus, Te rogamus audi nos.

Ut

Ut venerandis Ecclesiæ Sacramentis, Sacræ Eucharistiæ, & extremæ Unctionis ante obitum muniri mereamur, Te rogamus audi nos.

Ut nobis gratiam in agone mortis, SS. JESU & MARIÆ Nomina ore vel corde, saltem devotè invocandi exorare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut animas nostras à corpore separatas, in tutelam tuam suscipere, & earum curam stricto Judice, causas agere digneris, Te rogamus audi nos.

Venerande DISMA Sancte mirabilis, Te rogamus audi nos.

Agnus

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Dñe.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Dñe.
Agnus Dei &c. Kyrie eleyson, Christe eleyson Kyrie &c.
Antiphona. Beati mortui, qui in Domino moriuntur, à modô jam dicit Spiritus, ut requiescãt à laboribus suis. *Apocal.* 14.

S. DISMA memor sis omnium
Cum morte conflictantium.

Oratio *ut supra.*

Alia Oratio ex Revelatione
S. BRIGITTÆ.

BEnedictio æterna sit tibi Domine mi JESU Christe, qui existens in mortis agonia, omni-

mnibus peccatoribus ſpem de venia tribuiſti, quando Latroni ad te converſo, Paradiſi gloriã miſericorditer promiſiſti, Amẽ.

LITANIÆ
De Omnibus Sanctis.

KYrie eleyſon, Chriſte eleyſõ. Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis Deus, Miſerere.
Fili Redemptor mundi DEUS, Miſerere nobis.
Spiritus S. DEUS, Miſerere n.
SSS. Trinitas unus DEUS, Mi:
Sancta MARIA, Ora pro nob.
Sancta DEI Genitrix, Ora.
Sancta Virgo Virginum, Ora.
Sancte

Sancte Michàël, Ora.
Sancte Gabriel, Ora.
Sancte Raphàël, Ora.
Omnes Sancti Angeli & Archangeli, Orate pro nobis.
Omnes Sancti beatorum spirituum ordines, Orate pro nobis.
Sancte JOANNES BAPTISTA Ora pro nobis.
Omnes Sancti Patriarchæ & Prophetæ, Orate pro nobis.
Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Jacobe,
Sancte Joannes,
Sancte Thoma,
Sancte Jacobe,

Ora pro nobis.

Sancte

Sancte Philippe,
Sancte Bartholomæe,
Sancte Mathæe,
Sancte Simon.
Sancte Thadæe,
Sancte Mathia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,
Sancte Marce,

Ora pro nobis.

Omnes Sancti Apostoli & Evangeliste, Orate pro nobis.
Omnes Sancti Discipuli Domini Orate pro nobis.
Omnes Sancti Innocentes, Orate.
Sancte Stephane,
Sancte Laurenti,
Sancte Vincenti,
Sancte Adalberte,
Sancte Stanislae,

Ora pro n.

Sancte

Sancte Venceslae.
Sancte Floriane,
Sancti Fabiane & Sebastiane,
Orate pro nobis.
Sancti Joannes & Paule, Orate.
Sancti Cosma & Damiane, Orate.
Sancti Gervasi & Protasi, Orate.
Omnes Sancti Martyres, Orate.
Sancte Silvester,
Sancte Gregori,
Sancte Ambrosi,
Sancte Augustine,
Sancte Hieronyme,
Sancte Martine.
Sancte Nicolae,
Sancte Casimire,
Ora pro nobis.
Omnes Sancti Pontifices & Cōfessores, Orate pro nobis.
Omnes SS. Doctores, Orate p:
San-

Sancte Antoni
Sancte Benedicte,
Sancte Bernarde,
Sancte Dominice,
Sancte Francisce,
Sancte Hyacinthe,
Sancte Pater Ignati,
Sancte Francisce Xaveri,
Sancte Francisce Borgia,
Sancte Stanislae Kostka,
Sancte Aloysi Gonzaga,

Ora pro nobis.

Omnes Sancti Sacerdotes & Levitæ, Orate pro nobis.
Omnes SS. Monachi & Eremitæ, Orate pro nobis.
Sancta ANNA,
Sancta Maria Magdalena,
Sancta Agatha, Ora pro nobis
Sancta Lucia, Ora pro.

Sancta Agnes,
Sancta Cæcilia,
Sancta Catharina,
Sancta Barbara,
Sancta Anaſtaſia,
Sancta Hedvigis,
Sancta Eliſabeth,

Ora pro nobis.

Omnes SS. Virgines & Viduæ,
Orate pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ DEI,
Intercedite pro nobis.
Propitius eſto, Parce nobis
Domine,
Propitius eſto, Exaudi nos
Domine.
Ab omni malo, Libera nos D.
Ab omni peccato, Libera.
Ab ira tua, Libera nos D.
A ſubitanea, & improviſa morte, Libera nos D. Ab

Ab insidiis diaboli,
Ab ira, & odio, & omni
mala voluntate,
A spiritu fornicationis,
A fulgure & tempestate,
A peste, fame, & bello,
A morte perpetua,

Libera nos Domine.

Per mysterium Sanctæ Incarnationis tuæ,
Per adventum tuum,
Per Nativitatem tuam,
Per Baptismum, & sanctum jejunium tuum,
Per Crucē & Passionē tuam,
Per mortē & sepulturā tuam,
Per S. Resurrectionem tuam,
Per admirabilem Ascensionē tuam,
Per adventum Spiritûs Sancti Paracleti,

Libera nos Domine.

In

In die judicii, Libera nos Dñe.
Peccatores, Te rogamus audi n.
Ut nobis parcas, Te rogamus audi nos.
Ut nobis indulgeas, Te rogam9 audi nos.
Ut ad veram pænitentiam nos perducere digneris, Te roga:
Ut Ecclesiam tuam S. regere & conservare digneris, Te rogamus audi nos.
Ut Domnum Apostolicum & omnes Ecclesiasticos ordines in Sancta Religione conservare digneris, Te rogamus audi n.
Ut inimicos Sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, Te rogamus.
Ut Regibus & Principib9 Christianis pacem & veram concor-

diam donare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut cũcto populo Christiano pacem, & unitatẽ largiri digneris, Te rogamus audi nos.

Ut nos metipsos in tuo Sãcto servitio confortare & conservare digneris, Te rogamus audi

Ut mẽtes nostras ad Cælestia desideria erigas, Te rogamus

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, Te rogamus

Ut animas nostras fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, Te rogamus

Ut fructus terræ dare & conserva-

servare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus audi n.

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos.

Fili DEI, Te rogamus audi nos.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Dñe.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.

Pater noster &c.

V. Et ne nos inducas in tentationem,

R. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 69,

DEUS in adjutorium meum intende,

Domine ad adjuvandum me feſtina.

Confundantur, & revertantu, qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorſum,& erubeſcant, qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatim erubeſcẽtes: qui dicunt mihi Euge,Euge.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te, & dicant ſemper: magnificetur Dominus qui diligunt ſalutare tuum.

Ego verò egenus, & pauper ſum: Deus meus adjuva me.

Adjutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri&c

Verſ. Salvos fac ſervos tuos,

Reſp. Deus meus ſperantes in te.

Verſ. Eſto nobis Domine turris fortitudinis

Reſp. A facie inimici.

Verſ. Nil proficiat inimicus in nobis,

Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

Verſ. Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis,

Reſp. Neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

Verſ. Oremus pro Pontifice noſtro N.

Reſp. Dominus conſervet e-

um, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Verſ. Oremus pro benefactoribus noſtris.

Reſp. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter Nomen tuũ vitã æternã.

Verſ. Oremus pro fidelibus defunctis

R. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

V. Requieſcant in pace,

R. Amen.

V. Pro fratribus noſtris abſentibus. R. Sal-

R. Salvos fac ſervos tuos Deꝰ meus ſpernntes in te.

V. Mitte eis Domine auxilium de ſancto,

R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine exaudi Orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

DEUS, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtrã, ut nos & omnes famulos tuos, quos delictorũ catena cõſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

Exau-

Exaudi quæsumus Domine supplicum preces & confitentium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

INeffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende, ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpâ offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

OMnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum se-

se-

cundùm tuam clementiam in viam salutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

QUæsumus omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Rex noster, qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra devitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratiosius valeat pervenire.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera, da servis tuis illam, quã mundus dare non potest pacem, ut

ut corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine tempora ſint tua protectione tranquilla.

URe igne ſancti Spiritûs renes noſtros & cor noſtrum Domine: ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium conditor & Redemptor animabus famulorum, fámularumq; tuarũ remiſsionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ACtiones noſtras quæſumus Domine, aſpirando præveni &

ni & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum dominaris, ſimul & mortuorum, omniũq; miſereris, quos tuos fide, & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore ſuſcepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ, omnium delictorum ſuorum veniam conſe-

quan-

quantur. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Exaudiat nos Omnipotens & misericors Dominus,

R. Amen.

V. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, R. Amen.

OFFI-

OFFICIUM
De
DIVINA PROVIDENTIA

Ad Matutinum.

Adoremus Providentiam Altissimi.

Nos populus & oves pascuæ ej9.

V. Domine labia mea aperies,

R. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

V. Deus in adjutorium meum intende,

R. Domine ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri, & Filio, &c.

R. Sicut erat in principio &c.

Hymnus.

ÆTerne Rector siderum,
Qui quidquid est, Potentia,
Magna creâsti, nec regis
Minore Providentia,
Te turba prædicat famens,
Trina die tecum manens.
Quam pascis auctis panibus,
Rem plurimis stupentibus,
Panis deest, cibus,
Sed provides Pastor Fidus,
Parasque mirabilia,
Satiando multa millia.

Antyphona.

Nolite soliciti esse dicentes quid manducabimus? aut quid bibemus? scit enim Pater vester Cælestis, quid vobis necesse sit. *Math.* 5.

V. Jacta super Dominum cu-
ram

ram tuam, & ipſe te enutriet.

R. Non dabit in æternum fluctuationem juſto.

V. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

DEUS, cujus Providentia in ſui diſpoſitione non fallitur, te ſupplices exoramus: ut noxia cuncta ſubmoveas, & omnia nobis profutura concedas. Per Dñum noſtrum &c. R. Amen.

Ad Primam.

Adoremus &c. *cum reliquis ut ſupra. in Matutino*

HYMNUS

TU Paſtor es ſamentium,

Tu Dux es exerrantium.
Tu medicus ægrotantium,
Tu fidus es narantium.
In rebus es ſpes perditis,
Redemptor in divenditis
Tu nos juvans in proſperis,
Nec in periclis deſeris.
Ditas egenos advenas
Foves, pupillos recreas.
Viduas paternè protegis,
Omnes benignè contegis.

Antyphona.

Dominus cuſtodit advenas pupillum & viduam ſuſcipit. *Pſalmo* 45.

V. Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.

R. Et de omnibus tribulationibus ejus ſalvavit eum.

Domine

℣. Domine exaudi &c.

℟. Et clamor meus &c.

Oratio cum reliquis *ut ſupra.*

Ad Tertiam.

Adoremus &c. cum reliquis *ut ſupra.*

Hymnus,

Siti peremptus Iſmàél,
Inter leones Daniel,
Junior Tobias in itinere,
Joſeph te vocat in carcere.
Sed quid vocare geſtiunt,
Adeſſe quem mox ſentiunt.
Præbes aquam, fauces premis,
Monſtras viam, vinclo eximis
Et corde te precantibus
Succurris, adſtas omnibus,
Vis colligari in vinculis,
Optas adeſſe ſingulis.

Antyphona.

Clamabit ad me, & ego exau diam eum, cum ipſo ſum in tri bulatione, eripiam eum, & glo rificabo eum. *Pſalmo 90.*

V. Prope eſt Dominus o mnibus invocantibus,

R. Omnibus invocantibu eum in veritate.

V. Domine exaudi oratio nem meam,

R. Et clamor meus ad t veniat.

Oratio *ut ſupra.*

Ad Sextam.

Adoremus &c. cum reliquis *ſupra.*

Hymnus.

O Provida ſapientia!

Sa-

Sapiensque Providentia!
Tu tangis omne fortiter,
Disponis omne svaviter.
Videmus axis Cardinem,
Marisque certum marginē,
Mundi stupens ordinem
Rei creatæ imaginem
Quid, tellus axis, æquora?
Marisque certa littora
Quid cuncta clament Entia?
Te mira Providentia.

Antyphona.

Ne dederis cor tuum, ut peccare facias carnem tuam, neq; dicas coram Angelo, non est Providentia *Eccl. c. 5.*

V. Cæli enarrant gloriam Dei.

R. Et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

V. Domine exaudi &c.

R. Et clamor meus &c.

Oratio ut ſupra.

Ad Nonam.

Adoremus &c. cum reliquis *ut ſupra.*

Hymnus.

QUodcunque repit in ſolo,
Quodcunq; volitat in Polo,
Et quod movetur in æquore,
Te toto adorat pectore.
Te, quotquot auram pervolant,
Aves fatentur, quas Tuâ
Nutris, ſine harum prævio
Labore, Providentiâ
Non deſtruit, non obruit,
Quando alcyon ſibi ſtruit

Ni-

Nidum, unda, vel fluctus maris,
Et ille fit curæ paris.

Antyphona.

Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester Cælestis pascit illa. *Math. 6.*

V. Oculi omnium in te sperant Domine,

R. Et tu das escam illorum in tempore oportuno.

V. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio *ut supra.*

Ad Vesperas

Adoremus &c cum reliquis *ut supra.*

Hymnus.

AUrora dum ſpargit polum,
Ros veſtit ut gemmæ ſolum
Notam facis DEUS tuam,
Ipſi inde Providentiam.
Per gurgittes natantibus,
Tu providus & piſcibus,
Quos paſcis omnes congruo
Ex axe victu depluo,
Tu motor es moventium,
Tu Spiritus viventium,
Director ordinantium,
Proviſor almus omnium.

Antyphona.

Laudate Dominum, qui dat jumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum invocantibus eũ. *Pſalmo* 146.

V. A.

V. Aperis tu Domine manum tuam,

R. Et imples omne animal benedictione.

V. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio, Deus, cujus &c. *ut supra.*

Ad Completorium.

Adoremus Providentiam Altissimi nos populus & oves pascuæ ejus.

V. Converte nos Deus salutaris noster,

R. Et averte iram tuam à nobis.

V. Deus in adjutorium meum intende,

R. Domine ad adjuvandum me feſtina.

V. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,

R. Sicut erat &c.

Hymnus.

TU, quæ gubernas omnia,
Regiſque Providentia,
Piacla noſtra dilue,
Virtutis actus iuſtrue,
Quod eſt futurum prævidens,
Præſens quod eſt, huic providens
Largire quidquid proſperum,
Et tolle quidquid noxium
Laus ſit Patri Potentiâ,
Laus Filio Sapientiâ
Laus Pneumati Influentiâ
Orbem regenti in ſæcula.

Anty-

Antyphona.

Omnem ſolicitudinē veſtram projicite in Deum, quoniā ipſi cura eſt de vobis. *1. Pet:*

V. Cuſtodi nos Domine ut pupillam oculi,

R. Sub umbra alarum tuarū protege nos.

V. Domine exaudi &c.

R. Et clamor meus &c.

Oratio. Deus, cujus Providentia &c. *ut in Matutino.*

COMMENDATIO.

INter Beatos nomina,
Quicunque laudis carmina.
Canendo PROVIDENTIÆ
Se devovent Deus tuæ Am.

LITA-

LITANIÆ
De Sanctissima
PROVIDENTIA.
EX
Locis Sacræ Scripturæ excerptæ.

KYrie eleysõ, Christe eleyson, Kyrie eleyson.
Christe audi nos,
Christe exaudi nos.
Pater, qui omnibus providisti in creatione, Miserere nobis.
Fili, qui omnibus providisti in Redemptione, Miserere nobis.
Spiritus Sancte, qui omnibus providisti in sui missione, Mis.
Sancta TRINITAS, à qua, per quã, & in qua sunt omnia, Mis.
Ad Rom. 11.

Deus, qui tua Providentia quinque millia virorum 5. quinque panibus & duob9 piscibus satiasti. *Joan.* 6.

DEUS, qui tuâ Providentiâ quatuor millia septem panibûs, & paucîs piscibûs replevisti. *Marci* 5.

Qui in Cana Galileæ tuâ Providentiâ aquam in vinum mutasti, *Joan:* 2.

Miserere nobis.

Qui Petrum carceri inclusum tuâ Providentiâ manibus Herodis per Angelum eripuisti. *Act:* 12.

Qui Nòé tuâ Providentiâ à communi diluvio præservasti. *Gen:* 8.

Qui Loth tuâ Providentiâ de Gomor-

Miserere nobis.

Gomorrheo, & Sodomithico igne eduxisti *Gen. 10.*

Qui ad vocem Ismàélis siti emorientis oculos Agar aperuisti, & tuâ Providentiâ per Angelũ ei aquam indicasti. *Gen. 21.* Miserere nobis.

Qui Joseph à fratribus venditum tuâ Providentiâ in Ægypto exaltasti, & per eum toti Ægypto panem providisti. *Gen. 45.* Miserere nobis.

Qui Moysen in fiscella scirpea occlusum, & aquis impositum, tuâ Providentiâ conservasti. *Exod. 2.* Miserere nobis.

Qui Israéli à Pharaone fugienti aquas maris tuâ Providentiâ exsiccasti, & equitatum ejus

cum

cum curribus ſubmerſiſti, *Exod.* 14.

Qui Iſràélitis in Marath amaritudinem aquarum tuâ Providentiâ in dulcorem vertiſti. *Exod.* 15.

Qui Iſràélitis tuâ Providẽtiâ coturnices in deſerto pluiſti. *Ibid.* 16.

Miſerere nobis.

Qui Iſràélitis in Raphidim tuà Providentiâ aquas de petra eduxiſti, *Ibid.* 17.

Qui Samſoni ſiti enecto è dente molari in maxilla aſini aquas tuâ Providentiâ proſilere feciſti. *Jud.* 15.

Miſerere nobis.

Qui Saul Patris aſinas quærentem tuâ Providentiâ ad Samuelem perduxiſti, & in Regem

gem ab eo ungi voluisti, 1. *Reg.* 9.

Qui per inermem David tuâ Providentiâ de grandi Goliat triumphtntem opprobrium ex Israël abstulisti. *Ibid.* 17.

Qui Eliam in torrente Carith Tuâ Providentiâ per corvos pavisti. 3. *Reg.* 17.

Qui per mulierem Sareptanam Eliam tuâ Providentiâ sine diminutione farinæ & olei satiasti. *Ibid.* 19.

Qui Eliæ per Angelum tuâ Providentiâ panem subcinericium misisti. *Ibid.* 19.

Qui per Elisæum viduæ pauperi tuâ Providentiâ oleũ provi-

Miserere nobis.

Miserere nobis.

multiplicasti. *4. Reg. 4.*

Qui per Elisæum viginti panibus centum viros, ita, ut adhuc panis superfuerit, tuâ Providentiâ satiasti.
Ibid. 4.

Miserere nobis.

Qui per Raphaelem juniori Tobiæ, tuâ Providentiâ comitatum dedisti, & Patri ejus exenterati piscis felle visum restituisti.
Tob. 5.

Qui Ananiam, Misàëlem, Azariam, in medio ignis illæsos, tuâ Providentiâ conservasti. *Dan. 3.*

Miserere nobis.

Qui Danielem in lacu Leonum per Abacuc, tuâ Providentiâ ab Angelo eò apporta-

portatum paviſti. *Ibid.* 14.

Qui Danielem in lacu Leonum à morſibus tuâ Providentiâ intactum præſervaſti.
Dan. 6.

Qui innocentiam Suſannæ Per Danielem tuâ Providentiâ detexiſti. *Dan.* 23.

Qui Jonam de ventre Ceti poſt triduum tuâ Providentiâ eduxiſti. *Jonæ* 2.

Miſerere nobis.

DEUS, à cujus Providentia omnia exſpectant, ut des illis eſcam in tempore.
Pſal. 103.

DEUS, in cujus Providentia eſt bonum confidere, quàm confidere in homine
Pſal. 117.

Miſerere nobis.

DE-

DEUS, in cujus Providentia eſt bonum ſperare, quàm ſperare in Principibus. *Ibi:*

DEUS, cujus Providentia dat eſcam omni carni. *Pſal.* 155.

Miſerere nobis.

DEUS, in cujus Providentia oculi omnium ſperant, & das eſcam illorum in tempore opportuno. *Pſal.* 144.

DEUS, qui tuæ Providentiæ manum aperis, & imples omne animal benedictione. *Ibid. eod:*

Miſerere nobis.

DEUS, qui ſub tuam Providentiam advenam pupillum & viduam ſuſcipis. 145.

Miſerere nobis.

DEUS, cujus Providentia dat jumentis eſcam ipſorùm,

rum, & pullis corvorum invocantibus eam. *Pſ.* 146.

DEUS, apud cujus Providentiam nec unius Paſſeris eſt oblivio. *Lucæ* 12.

DEUS, cujus Providentia omnes capitis noſtri capillos numeravit. *Ibid:*

DEUS, qui tuâ Providentiâ paſcis volatilia cæli. *Mat.* 6.

DEUS, cujus Providentiâ veſtit lilia agri. *Ibid:*

Miſerere nobis.

Providus nobis eſto, Parce nobis Domine.

Providus nobis eſto, Exaudi nos Domine.

Ab oblivione beneficiorum tuorum, Libera nos Domine.

A nimia cura & ſolicitudine, Libera nos D.

A propria nostra voluntate, Libera nos Domine.

Ab inordinata in adversis tristitia,

Per admirabilem Incarnatô Tuô Filiô factam mundo Providentiam,

Per Providentissimam Panis Eucharistici universo orbi multiplicationem,

Libera nos Domine.

Peccatores: Te rogamus audi nos.

Ne peccare faciamus os nostrum, neq; unquam opere dicamus coram Angelo non est Providentia. *Eccl.* 5.

Ut nos in te curam nostram jactare concedas, & ipse nos enutrias, *Psal.* 54.

Ut

Ut nos primùm quærere Re-
gnum tuum, & juſtitiam cō-
cedas, & cætera ex tua Provi-
dentia nobis adjicias. *Mat.*

Ut Pontificem noſtrum N. An-
tiſtitem N. & Regem N. tu
Providentiâ regere, & con-
ſervare digneris, Te rogamus

Ut cultores Tuæ Providenti
multiplicare digneris,

Ut nos omnes ſub tuam San-
ctam, & ſpecialem Provi-
dentiam ſuſcipere digneri
Te rogamus audi nos.

Pater cujus Providentia omni
gubernat. *Sap.* 14. Te ro-
gamus audi nos.

Agnus DEI, qui tollis peccat
mundi, Parce nobis Domine

Agnus

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Dñe.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
℣. Custodi nos Domine ut pupillam oculi tui,
℟. Sub umbrâ alarum tuarum protege nos.

ORATIO.

DEUS, cujus Providentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoveas, & omnia nobis profutura concedas. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO.

Pro impetranda nostræ voluntatis cum Divina Providentia in omnibus conformitate.

DEUS, qui ad manifestandam Tuæ Providentiæ gloriam, te famenti populo Israëlitico in Pastorem, Danieli in Defensorem, Susannæ in Advocatum, Tobiæ in Ducem, vendito Joseph in Redemptorem, tribus pueris in Conservatorem, pupillis, advenis, egenis, & viduis in Patrem dedisti, & omnia omnibus fieri voluisti, te humillimé deprecamur: ut sicut de tua Providentia lætamur in prosperis;

ſperis; ita exultemus in adverſis, & qua ſpe à tua Providentia exſpectamus deſiderata, eà tolerantiâ perferamus. omnia tibi placita, non extollamur in proſperis, non dejiciamur in adverſis. Da nobis Domine animum invictum, cor immobile, voluntatem in omnibus Tuæ Providentiæ conformem. In te ſolo quieſcat, & moveatur cor noſtrum nihil nos turbet, quod eſt à Te, ſed omnia ſint nobis chara propter Te. Nihil adverſum nos moveat, quia affligit, ſed pacificet cor noſtrum, quia à Te procedit, Agnoſcamus hanc veritatem,

quòd nihil sit parvum, quòd à summo DEO datur nihil nocivum, quod ab amantissimo *Patre*, aut injustum, quod ab æquissimo Judice provenit. Tua enim solà Domine Providentia attingis à fine, usque ad finem fortiter, & disponis omnia svaviter, & quæcunque nobis immittis licèt nobis quandoque videantur contraria, sunt tamē in bonum finem ordinata. Quidquid igitur nobis immittis, Da Domine, ut hoc gratè excipiamus, lætè teneamus, patienter conservemus. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum &c.

EXA-

EXAMEN VESPERTINUM.

GRatias ago tibi dignissime Deus pro universis beneficiis tuis, totâ vitâ, & hac potissimum die mihi concessis. Benedictus Deus, quia fecisti mecum misericordiam. Benedicta tu quoq; Domina mea, Virgo MARIA, Sancte Angele Custos, Sancti Patroni mei, quorum intercessione tot, ac tanta mihi bona elargitus est DEUS,

Fac Domine mi, ut videam, quid hodie boni ad laudem tuam fecerim, & quid mali contra tuum honorem commiserim

Decurre hic horas diei, & negotiâ tuâ attende, num in singulis gesseris te ad mentem DEI.

Reflecte te potissimùm ad propositum manè factum, dum memor ejus fueris, cùm ageres cum Deo, cum proximo, tecum, quomodo te gessisti

Doleo Deus summum bonum meum, quod offenderim te indignissimus peccator. Et adjutus gratiâ Redēptoris mei Christi JESU, diligo te super omnia, & detestor omnia peccata mea.

Seriò in posterùm vitam emendare, peccandi occasiones vitare, & cōfiteri quamprimùm spondeo. Nunc autem in manus

nus tuas ſpiritum meum, & me totum commendo. Tibi quoq; Sanctiſſima Parens, Sancte Angele Cuſtos, Sancti Patroni mei.

Hymnus D. Ambroſii.

TE lucis ante terminum,
Rerum Creator poſcimus,
Ut pro tua clementia,
Sis præſul & cuſtodia.
Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata,
Hoſtemq; noſtrũ comprime,
Ne polluantur corpora.
Præſta Pater piiſſime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu Paracleto
Regnans per omne ſæculum.

V. Salva nos Domine vigilantes, cuſtodi nos dormienres ut vigilemus cum Chriſto, & requieſcamus in pace.

R. Amen.

V. Cuſtodi nos Domine ut pupillam oculi,

R. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

V. Dignare Domine nocte iſta,

R. Sine peccato nos cuſtodire.

V. Miſerere noſtri Domine,

R. Miſerere noſtri,

V. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos,

R. Quemadmodum ſperavimus in te.

V. In te Domine ſperavi,

R. Non confundar in æternum.

Do-

V. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

VIsita quæsumus Domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle, Angeli Sancti tui habitent in ea, qui nos in pace custodiant, & benedictio tua sit super nos semper. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad S. Angelum Custodem.

OBsecro te Angelice Spiritus Custos, ac tutor meus fidelis, ut in via pacis, prosperitatis & salutis, te duce dirigar, atq; ab omni spiritu malo graviq; tentatione defendar. Peto

etiam

etiam te favente præſidium dari, ut ſecundùm Domini voluntatem vitia fugiam, & virtutes Chriſtianas exerceam, quoad noſtrum communi Domino in Cæleſti Patria aſſiſtam, ac ſerviam.

Benedicat, & cuſtodiat nos Omnipotens, & miſericors Dominus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Amen.

Hic adde pro defunctis Pater noſter, Ave Maria, Credo, *&* *Pſalmum* De profundis clamavi ad te &c.

Aſperges deinde te aquâ benedicta, & habitationem, dic.

Aſperges me Domine hyſopo & mundabor, lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Vel Hujus aquæ tactus, propulſet dæmonis actus.

Tandem factô ſignô S. Crucis, lectum ingredere dicens.

IN Nomine Domini noſtri JESU Chriſti Crucifixi, quem ex corde amo; cubitum eo, ille me benedicat, regat, cuſtodiat, & ad vitā æternā perducat. Amē.

In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Redemiſti me Domine DEUS veritatis, in pace in id ipſum dormiam, & requieſcam.

Pax Domini noſtri JESU Chriſti, & virtus Sanctiſſimæ Paſſionis ejus, ſignum Sanctæ Crucis, & Titulus triumphalis:

JESUS

IESUS NAZARENUS REX IUDÆORUM, integritas quoque Beatæ Virginis MARIÆ, custodia Sanctorum Angelorũ, præsertim tutelaris mei, & suffragia omnium electorum DEI, sint inter nos, & inter inimicos meos visibiles, & invisibiles, nunc, & in hora mortis meæ A.

O Crux Christi salva nos!

O Crux Christi defende nos!

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti Amen.

27 Decbris